



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Coppensteinivus Conceptuum Prædicabilium In Dominicas Festaque omnia per Annum

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Nucleus Coppensteinivus Conceptibus Besseanis, In Ferias
Quadragesimales: Avtore R. P. F. Ioann. Andrea Coppensteinio Mandalen.
Ordin. Prædicatorum Theologo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)



NVCLEVS COPPEN-
STEINIUS E CONCEPTI-
BVS BESSEANIS,

In Férias Quadragesimales:

A V T O R E

R. P. F. IOAN. ANDREA COPPENSTEINIO
Mandalen, Ordin. Prædicatorum Theologo.

ELENCHVS
MATERIARVM QVADRA-
gesimalium.

LECTOR AMICE.

HANC ideo collegi, ac præmitto:
quo materiarum tibi sit & cer-
tior cognitio: & facilius inuen-
tio: & paratior ad Dominicas
seu Fæsta hinc translatio, ac v-
sus. Quos additos hic Zipheros cernis, ij Partes
Feria cuiusque indicant.

VALE ac VTERE.

Die cinerum 1. Effectus Pœnitentiæ: 2. ac ci-
nerum: (3. quæ hominem fragilitatis ad-
monent ac mortis: 4. quo deuotius car-
nem spiritui subiicere per ieiunium alla-
boret) sunt mirifici.

Feria V. *Accessit ad eum Centurio*, Matt. 8.
Iustificatio impij operum Dei est maxi-
mum alias: at in militari pectore hoc ad-
mirabilius. 2. Est Anima miles quidam ac

Chiliarcha habens subditos. 3. cuius ægra
tamen concupiscentia iacet; herumque
molestat ac infestat.

Feria VI. *Diligite inimicos*, Matt. 5. Odiũ
osori pessimum, appetensque vindictæ
est. 2. Vel ipsos tamen diligere inimicos
Christiano necesse est. 3. Quo detestabi-
lius peccatum est odium proximi: pro-
priorum excludens peccatorum remis-
sionem. 4. Hoc pluris amnistia est: quod
etiã in vendicantes vindicet Deus: igno-
scentes vero euehat. 5. Damnet Duellan-
tes.

Sabbato. *Erat nauis in medio mari* Marc.
6. Fluctuat, non mergitur Ecclesia. 2. quã-
tumuis naufragum sit mare mundi. 3. illa
perdurat tamen: 4. Ventosi autem tyran-
ni atque hæretici dispereunt.

Feria II. post Dom. 1. *Quadr. Cum venerit*
filius hominis in maiestate sua, Matt. 25. 1. Tri-
duum est homini: 2. dein iudicium, ma-
nusque Dei horrida. 3. Illud Generale
accidet horrendum ob euenta, peccata

Ccccc 2 reue-

reuelata, Deumque iratum: 4. ac iudicem visu, voceque formidandum.

Feria III. *eiicit pendentes & ementes.* Mat. 21. 1. Ambitio & auaritia viam præstant ad omne nefas, adque ruinam. 2. Stante interim Ecclesia hoc firmiter ac sanctius: 3. dum nundinatores templarij ab Deo flagellantur.

Feria IV. *Generatio adultera signum quaerit.* Matth. 2. 1. Signa edere Dei est. 2. In primis istud conuersio peccatoris, quæ huic petenda est. Par signum est Prouidentia Dei. 3. Orthodoxis non sunt opus signa, etsi non desint. 4. At Nouantes edant necesse est: sed nequeunt nisi hæreses, & voluptates propagare.

Feria V. *Transfiguratus est.* Luc. 9. Pro incomprehensibili beatitudine quæque perfer, & perdura. 2. Eius imago fuit Christi transfiguratio: 3. miranda. 4. cum qua esse & hic, & in cælis bonum est.

Feria VI. *Probatia piscina.* Ioan. 5. Dei misericordia extollitur: 2. sed & pœnitentiæ effectus miri ac varij, quales miri, varique fontes memorantur. 3. Ea, vt hysopo, aspersum 4. humanum genus ægrum sanatur, sed per Iesum.

Sabbato. *Et transfiguratus est.* Matth. 17. Gloriæ cœlestis nuncij certi, sed pugnantibus ea datur. 2. Quintuplex Christi transfiguratio fuit. 3. Thaborina vero glorificati. 4. In qua miri sermones de Incar. Passione, & Paupertate.

Feria II. post Dom. II. Quadr. *In peccatis vestris moriemini.* Ioan. 8. Prædestinatio varie præfigurata fuit. 2. Anima autem reproba nihil infelicius. 3. Vocantem proin Deum sequi oportet, & cito. 3. neu peccatis immori contingat.

Feria III. *Super Cathedram Moysis, &c.* Matth. 23. Credendum, & parendum Ecclesiæ: 2. vt infallibili, perpetuæ, & sanctæ. 3. Magnique faciendi prædicatores boni: mali arguendi. 3. Sacri autem Præfules

officium gerunt tam periculosum, quam magnum.

Feria IV. *Mater Filiorum Zebedei.* Vide in F. S. Iacobi.

Feria V. *De Epulone.* Vide Dominic. 1. post Trin.

Feria VI. *Homoplantauit vineam,* Mat. 11. Christianus est planta, sicque frugifera: sin' eiicietur. 2. Vineæ autem animæ, & Ecclesiæ ab omnibus sic instructa partibus necesse est.

Sabbato. *De filio prodigo.* Luc. 15. Prodigalitas ac Voluptas mala sunt capitalia. 3. Filij autem prodigii ac perditij sunt parentum dolor ac pudor. 3. Effectus multi prodigalitatis. 4. Peccatores quoque procul à Deo sunt.

Feria II. post Dom. III. Quadr. *Fax & hic in patriatua.* Luc. 4. Iudicia Dei verenda, non quærenda anxie, aut curiose, 2. Miraculis fides necessaria est: quæ cur non in patria Iesus? 3. In Ecclesia tamen multa ex dono gratuito. 4. Itemque ex gratia gratum faciente: quæ cuique parata vbique est.

Feria III. *Si peccauit in te frater tuus.* Mat. 18. Fraternalis reprehensio, 2. itemque Correctio necessaria: at cum grano salis præstanda, idque ex præcepto. 3. Excommunicatio etiã tam sæpe necessaria, quam iusta: sed debito cum modo facta.

Feria IV. *Populus hic labijs me honorat.* Matth. 18. Cor debetur, gratumque Deo est, 2. vt Cogitationes malæ premantur; ne paruæ initio mala non parua ferant. 3. cor & os consonent ad cauendam hypocrisin. 4. Nec Traditiones negligantur.

Feria V. *Socrus Simeonis tenebatur febribus.* Luc. 4. Afflictiones peritiles sunt omnibus: 2. at Cœlibatus Ecclesiasticis necessarius. 3. Quo rectius naturæ febrientis paroxysmis variis succurratur per medicum IESVM. 4. Sunt autem vitio-

vitiorem febres diuersæ iuxta & periculosa.

Feria VI. *De Samaritana.* Ioan. 4. Præuenientis gratiæ par necessitas & præstantia est, Iesu tamen se simul pro nobis fatigante, ac patiente, dum nos quærit. 3. terrendo, inuitando: quem sequi facilius est, quam satanam. Ergo parendum vocanti. 4. nil friuole caufandum, quod a quæ Dei mutant mentes.

Sabbato. *Mulier in adulterio deprehensa,* Ioann. 8. Adulterij grauitas, 2. ac poenæ. 3. Istam tamen absoluendi causæ sunt Domino.

Feria II. post Dom. IV. Quadr. *Inuenit in templo vendentes.* Ioann. 2. In Deum iracundia cadit. 2. Vult idem templis coli, 3. quorum usus & antiquissimus est, & Catholicus. 4. Proinde eorum profanatores, Schismatici ac hæretici, puniendi: Sacerdotes vero boni templorum sunt ornamenta.

Feria III. *Quomodo hic literas scit?* Inuidia comes gloriæ est, & multorum turbatrix. 2. Lex Christiana rite lata & accepta. 3. præstat legibus vniuersis. 4. Nam promanauit ex scientia Christi infinita.

Feria IV. *Vidit hominem cæcum à Natiuitate.* Ioann. 9. Excæcationis malum à Deo deprecandum est. 2. Hanc multam intulit peccatum orig. quod vniuersale fuit, non personale: nec tamen Christum & Mariam attigit. 3. aduersa causat: Cereemoniæ probatæ, mortisque meditatio, sui agnitio, Christoque merita reluminant.

Feria V. *Defunctus efferebatur filius vnicus.* Luc. 7. Sepulturæ honos est debitus, & laudabilis. 2. Peccati plura, quam mortis, sunt mala. 3. Id præproperat mortem, nusquam tolerabile: Deus tamen præmonet mortis, vt caueatur æterna.

Feria VI. *Erat Languens Lazarus,* Ioann. 11. Vita breuis homini, & natura nouerca est. 2. Fides Sotorum paucis orat, & exorat: Deus tamen iustos, quantum uis orent, tribulari sinit. 3. Attamen peccato illacrymans Iesus etiam vel mortuos denique suscitatur. 4. Iustificatione impij, consuefacti ad peccata, nil difficilius est.

Sabbato. *Ego sum lux mundi.* Ioan. 8. Encomium solis: 2. eius cum Deo comparatio. Sed lux Christi, id est, gratia effectus varios operatur in anima.

Feria III. Post Dom. Passionis. *Erat in proximo dies festus. Transi hinc, &c.* Ioann. 7. Gloria danda, Deo; fugiendaque vana.

2. Qui quatenus fratres Iesu. Mundus vrbesque sæpe nocent. 3. Mundi Suedam igitur caue: imitator humilitatis Christi.

Feria IV. *Oues mea vocem meam audiunt.*

Ioann. 10. Verbi Dei vis efficax ad conuersiones. 2. præsertim in Pastore Iesu. 3. Multis tamen id audientibus cedit in iudicium. Multis quoque signum dare aliquod prædestinationis potest. 4. Effecta habet complura.

Feria V. *De Magdalena.* Vide in Festo eiusdem.

Feria VI. *Collegerunt concilium aduersus Iesum.* Ioann. 11. Pauorum fugienda societas. 2. Conciliatur ad bona retardanda. 3. Discussio Concilij super Iesum, reprobat. 4. probatur.

Sabbato. *Nunc anima mea turbata est.* Ioann. 12. Pugna carnis ac Spiritus ingenerata est: in Christo tamen absque passione peccabili, aut irrationali: assumpta tamen ab eo passionibus dissimiles erant nostrarum.

Feria II. III. IV. post Dom. Palmarum. *De Eucharistia.* Quæ alibi in Opusculo reperies. Denique Passio Domini Nostri Iesu Christi.

IN DIE CINERVM.

Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.

AEgyptij, teste Herodoto & Plut. in conepularum hilaritates caluariam inferre sueuerunt, quæ in mensa per singulorum tradita manus obibat spectaculo moderator clamante:

Huic similes erimus: Memores iam viuite Lethi.

Simile Deus, inde ab rerum primordio, vsurpauit, iniectis homini brutorum pellibus mortuorum: vt tumulo se debere uiueret memor. Ecclesia refert inter bacchanalia cineres, & ait: *Memento homo, quia cinis es.* quasi dicat. Vanitas in epulis, gaudijs, honoribus: & *vitæ summa breuis spes longas inchoare vetat*, vt canit Horatius. Ergo *Memento homo, quia cinis es*: ac pœnitentiam arripe.

Cuius ergo nos

- I. De vi, & efficacia Pœnitentia.
- II. De cinere, ac puluere.
- III. De hominis fragilitate, ac memoria mortis.
- IV. De ieiunio, & carnis maceratione.

P A R S I.

De vi & efficacia Pœnitentia.

I. Orbibus orbis cœlestibus, dominis rerum naturæ inferiorum, septem infixit Planetas Deus; è quibus in corpora, velut alumnos suos, magnæ efficaciam dimanarent influxus. Sic Ecclesiæ septena dedit Sacramenta Iesus. In quibus Pœnitentiæ tantum est; quanta eiusdem & necessitas, & salubritas.

Et azylū. Vtque Romulus, teste Plut. in Romulo, Urbem conditurus, facinorosorum aperuit azylum; quod confugis indemnitate præstabat: Ita Iesus in ipsis Ecclesiæ

cunabulis primum, quod instituit, Pœnitentia erat: quam & suus Prodromus, & Ipse prædicarunt: *Pœnitentiam agite, quoniam appropinquat regnum celorum.* Ad hanc nemo damnus est: indemne omne nefas, & expiabile scelus omne.

1. Triste terris diluuium, Gen. 7. criminum erat eluuium. Magis iam Pœnitentia, quanto Veritas maior Figura. Est ea Iordanis, 4. Reg. 5. Naamanis lepram eluit mundans.

2. Mare rubrum Aegyptios, quotquot erant, obruit omnes, Exod. 14. Psalm. 105. *Vt ne vnus quidem superfuerit ex eis.* Sic rubricata Christi Sanguine Pœnitentia, contritionis vndis peccata demergit.

3. Ipsa est funda Dauid, 1. Reg. 17. tribus instructa filicibus, Contritionis, Confessionis, Satisf. sternendo Goliatho, peccato. 4. Est Scala Iacob, per quam peccatores facti Angeli scandunt sursum. 5. Est Probatica, Ioan. 5. morbi genus omne curans. 6. Est vastus in hoc freto Cetus, Ioan. 6. restituit.

2. Ionarum absorptor, & saluorum in litus restitutor. 7. Est Virga Moylis Iesus, ægyptiacorum serpentum, ac draconum, peccatorum, inquam, deuoratrix. Exod. 7. Ea nunc pullis induta luget; pastaque ieiunijs Filia cœli, Tutela virtutum. Ipsa nunc pro auri crinalibus, cineres: pro delicijs, cilicia, pro torque, flagra vsurpat pararia domicella: Felix in ea, vt videtur, miseria: læta intus in luctu foris.

P A R S II.

De Cinere, ac Puluere.

I. Cineres semper peccantium portus, salusque fuerunt. 1. Niniuitæ Ioann. 3. ad Ionæ prædicationem, in cineribus salutem inuenerunt. 2. Abraham vero & gratiam: Gen. 18. Nam cinerum meminit ante, quam ausit loqui Deo. Ego puluis,

Ad feci- puluis, & cinis loquar ad Dominum. 3. A-
matro- chab. 3. Reg. 21. ab ira Dei se condebat in
nam. cinere.

Ad sola- 4. Iob cap. 10. solatium in cinere qua-
nam. rebat, Memento, ait, quod sicut lutum feceris
me: & in puluerem reducis me: quali dicat;
An contra puluerem ostendes potentiam tuam,
& iustitiam distringes? O vim cinerum,
pœnis, culpisque arcendis: refrenandis
cupiditatibus, parandis omnibus?

Ad elu- Lixiuum fit, cineribus percolatum:
nam pec- peccatorum eluuium est lacryma per
torum. nouissimorum memoriam ducta, & elici-
ta. Da hanc Domine, & Psalm. 50. lauabis
me, & super niuem dealbabor.

Ad pro- Ut Daniel, cap. 14. cineribus in fano
bas sparsis sacrificulorum imposturas dete-
nam xit, draconemque destruxit. Ita memo-
nam ria nouissimorum technas carnis, mun-
nam di, & c.

Ad pro- II. O cineres vere regios? Nam Regem
bas Niniux, & Achabum, & Dauidem ad
nam saccum adegistis. Psalm. 100. Cinerem
nam tanquam Panem manducabam. Quare &
nam vos nunc ô Reges, intelligite idem. Cineres
non Vestri sunt dedecores: sed vestri
sunt ipsi, iam inde ab maiorum vsu ve-
strorum.

Ad matro- Vestra quoque sunt iidem hæreditas,
nam. Matronæ. Esther. ca. 14. cineribus se, vel-
ut aromatibus, perfudit. Et ipsa tamen
quid venustius: gratiosius: regifcentius?
2. Iudith. cap. 9. ipsa pulchritudo, Oculus Is-
rael dicta, loco sibi se cinere incerussa-
uit; strinxit lumbos cilicio.

Ad matro- 3. Filia Ierusalem, Thren. 3. in transmi-
nam. gratione Babylon. abiecta humi capita
nimbo cinereo perfuderunt. Idem nunc
tempusque, peccataq; vestra reposcunt.
Memento, homo, & c.

Ad pul- III. Repete ortum tuum: vnde domo?
nam & quotendis? E terra, in terra, terra ho-
nam. mo. 1. Physica est Maxima: Ex quibus v-
numquodque componitur: in eadem & resol-

uitur. Terminus à quo, puluis es: ad quem:
& in puluerem reuerteris. 2. Mathematicum
est principium: Omnes lineæ, à centro ad
peripheriam ductæ, sunt æquales. Ita & Horat.
Mors sceptræ ligonibus æquat. Rex, fexque
hominum lies, cinis es, & in cinerem reuer-
teris. Centrum vnum, vnaque circumfer-
rentia omnibus est, lineis æqualibus
mensurata mortalitatis. 3. Honorum hic
umbra breuis breue iacit discrimen;
quod vna luci intercurrentis nubecula
mortis extergit: Et Fuimus Troes.

Memento homo, quia cinis es: 1. Et domus *Hominis*
tua super arenam structa: Matt. 7. quæ ad *domus lu-*
vnum Aquilonis flabrum corruet. 2. Ut *tea est.*
ad procellam primam Iobi domus euer-
sa, cunctis dedit liberis eius sepulcrum
epulantibus. Iob. 2.

3. Atrocior Philistææ ruina domus:
obruit omnes, Iud. 16. subtraçtis duabus
ab Samson columnis. Et tuæ domus ho-
mo, columnæ quæ? Cinis es. Et quæ tua
confidentia? Imprudentia. Crede,

Omnia dispareunt: præter amare Deum.

4. Qualis statua colossæ Nabuchodo- *Et caduca.*
nosoris? Caput aurea: argentea pectus &
brachia: ventrem & fœmora ærea: lutea
pedes. Et hi ad leuem tactum lapsi de
monte lapilli dissiliunt, neque ruina mo-
lis vniuersæ, ac obrutio. Ita euenit aureis
honoribus ac opibus, æneo robori, fer-
reæque potentia, luteo innixis homini:
ruente quo casu ab monte fortuna. Te
nosce, & sape: quia cinis es.

P A R S III.

De hominis fragilitate, & memoria
mortis.

I. **P**erge iam, Philosophia prisca efferre *Homo sic*
hominem: 1. Tu Hermes Trismegi- *magni.*
ste dic eum *Miraculum magnum.*

2. Pythagora, Deum, dic: at mortalem,
Nihil eum nostis: principium eius est
puluis: medium, cinis: finis, vermis. 3.

Iam

Iam Plato in Timæo dic eum diuinum genus. 4. Tuque Photine: Quoddam Vniuersum & microcosmum appellas.

Vnus est omnis creatura.

Et tamen omnia puluis idem.

Est figulinus ac fragilis.

Istius memoria humiliat.

Etiam potentissimos quoque.

5. Sed ego te Magne Gregori, demitor; Quod, hom. 26. in Euang. istud: Prædicare Euangelium omni creatura, id est, ais, homini. Ergone in vno omnium est rerū creatarum pretium? Et vero est: Est tamen & cinis. Esto habeat esse cum saxis, vegetari cum quercibus ac cedris: sentire cum leonibus, intelligere cum Angelis: est tamen cinis. Bene Pfalter. 11. Est tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terra. O ventorum ludibria mortales!

Agathocles, ex figuli filio Rex factus Sicilia, vt fortis vtriusque, præsentis ac præteritæ, viueret memor; in figulinis & aureis cibos mensæ voluit inferri: Sicut & Vviligises primus Elector Moguntinus, Basilicæ conditor Cathedralis, vir vere Magnus, in Moguntiacâ intulit Insignia rotam carpentariam; (quod filius hamaxurgi fuisset, atque ex tantulo tantus emerisset. Et homo figuli est filius figulinus. 1. Iob. 10. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. 2. Ieremias clamat: Terra, in esse: Terra, in fieri: Terra, in conseruari: Et quid superbis terra, & cinis? Eccl. 10. Noli igitur altum sapere sed time.

II. Quid pauone superbius? Ad visos tamen pedes suos cristas ponit. 1. Te intueare, qui homo vanus in superbiam erigeris, tanquam onagrum te liberum natum putans, Ecce Thren. 1. Sordes enim in pedibus eius, & in circuitu eius hostes eius.

2. Quantuscunque fuerit Xerxes, suum tamen exercitum innumerum ex edito specularatus, acerbe est illacrymatus; teste Plutarch. & ait: Heu, tot ex hominum myriadibus nullus post annos centum superstes erit. Abibunt in cineres. Et nos malis, mortique illatabimur?

3. Refert Platina in Cælestino III. Saladinum, Regem Aegypti, vicinum morti

dedisse præconi indusium: iussisse per urbem, id circumferri, ac proclamari: Magnus Saladinus Orientis subiugator, Asia domitor, terror orbis vnicum hoc indusium, ex omnibus tropæis suis secum auferet. Ehem, cineres, quid nō potestis, inspecti propius? Tuam cernis vilitatem? Iam mox indues humilitatem.

Memento 1. conditum te non ex igne, Omnia bo- vt stellæ; non ex aere, vt venti, sed è terra na corporis elementorum infimo: Et huius tu puluis sunt fluxa, es. Esti montes complanes, maria ponte sternas, morieris. 2. Sis Hercules robore, deliciis Lucullus, turres Babylonias construas, moriere. 3. O nymphæ, vester flos iste Veneris emarcescet, extructa & mittellata crinium fastigia cadent, delicatula membra verminabunt. Memento, quia cinis es.

1. Philippus, Rex Macedo, ab puero o- Ideo mor- mini mane salutabatur hisce: Memento mo- est memo- ri Rex: Sic Aelian. l. 8. Var. cap. 15. Vel, vt alij, randa. Hom: nem te memineras,

2. S. Chrysostom. Sur. t. 1. sepulchrum sibi effodi iussit, non perfici: sed quotidie interrogari, sese; Vin' perfici?

3. Ad Imperatorum inaugurationem olim aceruus marmorum accumulabatur, interque mediam pompam ex Imperatore exquirebatur; quo marmoris genere velittumbam sibi excidi?

4. Lycurgus; Laconum legislator, vt Plut. prodit; sanxit, vt bustuaria in vrbis medio constituerentur, & ex eis mortem singuli ferrent in oculis. Nostra nobis nos simus cœmeteria, memorando mortem. Atque ita pullati vestem induerimus cineream.

PARS IV.

De ieiunio, & carnis maceratione.

I. Stiuis habitus similes sunt epulæ ipsa Quadra- Ieiunia, deliciae Quadragesimæ, & gesimalis hæc epula.

hæc delictum Pœnitentiæ est: 1. Digna Iesu, Moysè, Elia. 2. Epulæ pretiosiores Cleopatranis, Lucullianis lautiores: Afuerianis regificentiores, *Esph.* 1. 3. Quas *Exod.* 29. Moyses inchoauit: Elias, 3. *Reg.* 19. profecutus est: Iesus *Matth.* 4. confirmauit. Acta à singulis in montibus per dies 40. vbi radices, missus: rupes, mappæ: mensa, ablatio mensæ; torrens, faler-num est.

Die 40. Dies 40. Niniuitis dati pœnitentiæ; *Ion.* 5. Hi totidem & nobis. *Aahuc* 40. dies, & tua *Nirine* subuerteretur. 2. Israelitæ annis 40. per desertum errarunt ærumnosi: *Num.* 12. demum ægre in terram promissam introducti cum hosticalucta varia. Ita nos hic. 3. Noe dies 40. in Arca, imbrium, ventorum, cœlique iactatus iniuriis durauit: demum in montibus Armeniæ conqueiuit. *Gen.* 8. Nec tibi molliora speres, ô anima pœnitentiæ in arcam te include; diluuium sustine pœnarum: Dura, per dura.

Superstitio Et adhuc superstitionem esse criminabuntur quadragesimale ieiunium, Epicuri de grege porci hæretici? Vah natos abdomini ventricolas: quorum Deus venter est, & finis interitus. Quam nobis ex ieiunio calumniato; eandem Moysi, Elia, Iesu irrogatis iniuriam. Quin & Apostolis, primæque Ecclesiæ. Teste Hieron. Epist. Contra Montan. tom. 2. & in Oseam cap. 18. Nos vnam Quadragesimam, secundum Traditionem Apostolicam, anni tempore nobis congruo obseruamus. Eadem Amb. August. Basil. Orig. Hom. 10. in *Leuit.*

Infinitus II. Eiectos paradiso per esum vetitum, vetitus restituit esus: vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & præmia: & *Matth.* 9. Hoc genus demoniorum non eiicitur, nisi in oratione & ieiunio. Mirum triumphum Ieiunij! Vrbes cladibus eripit: demones conterit: Deum vincit.

Exempla. 1. Hebræes indictum ab Esthèra ieiunium ab interitu liberat, *Esph.* 4. Amane suspenso. 2. Prisci Patres, quod extorque cœlo volebant; pro eo Ieiunia suscipiebant, teste Augustino.

Instituti vero huiusce ieiunij causa est, nostræ carnis insolescentia aduersus Spiritum. 1. Illa, vt Esau vorax, pro te nauci, gulæque irritamento ius omne primogenituræ, seu vitæ beatæ, diuendere floccipendit. Qua etiam causa fratrem suum, Rationem ac spiritum, exofuna habet, & persequitur. 2. Eua, *Gen.* 3. Adamum pomi illicio tentat, & euertit. 3. Dalila Samsonem, in sinu suo quiescentem, soporat, detondet, eneruat robore, innectit funibus: hostibus tradit. *Iudic.* 16. 4. Pellex Putipharæa castum sollicitat Iosephum in nefas: at voti impos facta sui, ardorem cupidineum in odium vertit ac rabiem, persecutrix innocentis, *Genes.* 39. Talis Caro concupiscit, ac furit aduersus Spiritum.

Finis instituti est carnem subicere spiritui.

III. Quare edomanda est. 2. *Cor.* 6. In Caro laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. Age, fac Carni, quod Tobias pisci. *Tob.* 6. Hic vndis innatans, Tobia inuasor; Angeli iussu in siccam extractus exenterabatur: Sic anima carnem ex deliciis, atque cupidinis in siccam xirophagiæ esurialis extrahat, extenuet pœnitentia. Nam

Luxuriat ravo, non bene pasta caro.

Quare ad arma, ad arma aduersus domesticum hostem corpus hoc nostrum. 1. Præit exemplo Dux Paulus, 1. *Corinth.* *Exempla.* 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 2. Dux Anachoretarum Sanctus Hilarion, teste Hieron. cap. 1. Epistol. in vita Hilar. Ego, aselle, faciam: (sic is corpus suum alloquebatur: vt non calcitres; nec te hordeo alam, sed palcis: fame te conficiam & siti: graui onerabo te pondere, vt cibum potius cogites, quam lasciuiam. O bellum ô bellum! 3. Simili carnem debellauit Euagrius, Thebaidos incola deserti. Hoc flagris cor-

D d d d d pus

pus diuerberante, vt rupes ab ictibus resonarent; excitus alius virum sanctum increpat, & domandum, ait, non enecandum corpus esse: monet, saluare facefferet. Cui is hoc tantum: *Quiescat ille, & quiescam ego.*

Perora. Quare, si hostales admiremur; imitemur certe Dauidem. Psalm. 34. *Humiliabam,* ait, *in ieiunio animam meam.* Obédite Ioeli, capite 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu.* Reuertere igitur *Sunamis,* conuertere *Ierusalem.* Vocantem audi, imperanti obtempera; metue comminantem. Dic cum Psalm. 56. & 107. *paratum cor meum DEVS, paratum cor meum te per deserta ad Caluaria sequi montem, sanctificare ieiunia & poenitentiam: tantum Adiuua Deus.*

FERIA V. POST CL-
neres.

Cum intrasset IESVS Capharnaum, accessit ad eum Centurio.
Matth. 8.

REX Dauid, 1. *Regum* 30. dum Amalecitas latrunculos persequitur, forte incidit in derelictum ab istis seruum Aegyptium agrum: quem Rex suscepit, refocillauit; vsusque ductore est; vt victoriam ab hoste reportarit. Sic Centurio in suum affectus seruum, pro ipso laborat: & exorat. Hocque amplius euincit; vt suum sub tectum intraret Dominus.

Circa quæ nos

- I. De iustificatione militaris animi.
- II. Quis Centurio?
- III. Qui miles Centurionis?
- IV. Quis paralyticus seruus Centurionis?

PARS I.

De iustificatione militaris animi.

MULTA sunt admiranda: in quibus facile princeps Remissio peccatorum est, seu Conuersio peccatoris. 1. Vt affirmare non vereatur D. Th. 1. 2. q. 112. *Maximum opus Dei est iustificatio, & remissio peccatorum.* 2. Secundum Psalm. 144. *Miserationes eius super omnia opera eius.* 3. Hinc erat Ecclesia iam quotidie: *Deus, qui patiendo, & miserando potentiam tuam maxime manifestas.*

Creatio miranda est potentia: sed iustificatio maioris. Verbo creauit omnia: atqui vt peccatum originale aboleretur 5000. annis laboratum est: & demum 30. annis quanta tulit ob idem? Illic. Psalm. 148. *Dixit & facta sunt:* hic, Lucæ 24. *Oportebat Christum pati, & sic intrare in gloriam.*

Tanta molis erat, ex fero leone facere agnum humilem, ex diabolo angelum, ex idololatra Christianum, & seruum mundi libertum Domini. 1. Ita Dan. 4. Nabuchodonosor prius in bestiam conuersus fuit; quam ab Daniele conuertetur. 2. Deus, *Exod.* 17. mandat Moyli tantum præciperet petrae, daret aquam: ipse vero etiam virga percutiebat; & vix tamen credebat pro manaturam aquam. Sic anima peccatrix non verbis solum; sed virgis ad conuersionem impellenda est, vt fluant aquæ poenitentia. 3. Piratam talem, toto mari libertatis euagantem, ad litus poenitentia ducere: laboris est & valida gratia.

Idque maxime in militibus cernitur. Vt aer & ignis, tanquam symbola elementa, facile in sese commutantur, vt aer fiat inflammatus: at symbola, vt ignis & aqua, non item. Vnde mirum, si aqua ardere cerneretur. Ita ciuem, vulgaremque homi-

hominem conuerti, non ita mirum: vt si mauortium pectus emollefcac ad poenitentiam. In primis tamen id genus, quod praedis viuit, ac homicidiis: *Istis nulla fides, pietasque viris est.* Isti sunt de genere crucifigentium Iesum, ac dire blasphemantium. Isti saxis sunt duriores. Nam patiente Iesu, monumenta aperiuntur, elementa plangunt, finduntur rupes: sol tenebrefcit, terra tremiscit, mundus obstupescit, natura luget: Soli milites sub cruce ludunt. Quo admirabilior est hodierni Centurionis ethnici conuersio.

PARS II.

Quis Centurio?

I. Quid Centurio pro seruo suscepit iter in Iudaeam; se ad supplicationem humiliavit, tamque impensam: illi sane permagni seruus is fuerit. 1. Quare Eccl. 31. *Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem tuum tracta.*

2. Miratur Plinius petram Indiae Nymphaeum dictam; quod assiduus exaltuet ignibus. Mirabilior hic est, ad pedes Domini iacens petra martia viri, astuans amore serui, & peccatorum suorum dolore. 3. Stupet Moyses ad visionem rubi ardentis, *Exod. 3.* eamque *magnam* appellat. At maior haec Centurionis in deserto gentilitatis. Quid enim rubus ardens ad ignes charitatis? 4. Qualis igitur animus amantis Samaritani erga lapsum inter latrones: *Luca 10.* talis Centurionis in suum hydropticum.

II. Sed adis Centurio, armis exutis ostende nobis, qualis in te vir est? Num Animae fors eris imago nostrae, donis plusquam centenis dotata? Cum ex centum potentiis & affectibus animae laborat vnus paralyti; ad Christum habeat refugium Anima centurio, scuto fidei, orationis gladio munita, &c.

1. Bellum spectaculum luctantis cum

Angelo Iacobi, ac vincentis. Talis hic Centurio; talis & anima orantis. Testimonium en luctantis: *Non inueni tantam fidem in Israel.* En victoriam: *Fiat tibi sicut vis.* 2. Mira victoria fuit, Dauide Goliatham ictu lapidis fundente. At Dominus Goliatha fortior: ictu tamen obsecrationis vincitur ab Centurione; ab anima supplicantis.

Hac Deum expugnat oratione.

Haec innata & innutrita bellis alumna est, Iob 7. *Vita hominis militia super terram.* Sed militia qualis? Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem tantum: Sed aduersus principes & potestates, aduersus rectores mundi, tenebrarum harum.* Ergo militaris Anima sui speciem in Centurione agnoscat.

Anima est militaris.

PARS III.

Qui milites Centurionis?

I. Numerus centenarius Arithmeticis rotundus ac plenus dicitur. Vnde S. Hieronymo in parab. Lucae 16. Bedae, & Origeni Diuinitatem repraesentat. At huius imago Anima, plus centum dotibus condecorata. 1. Vtque *Exod. 28.* in veste summi Sacerdotis variae imagines efformatae visebantur: ita in anima naturae, ac gratiae dotes, rerumque creaturarum perfectiones. 2. Qualis & Arca Noe, in qua omne animal. *Gen. 7.*

Est monarcha habens sub septuaginta potentias.

Ecce animam non solum Centurionem; sed & Monarcham. Tres habet Chiliarchas, Intellectum, Voluntatem, Memoriam. Hi singuli tres Capitaneos, Vegetatiuam, Sensitiuam, Intelligibilem potentiam. Singuli rursus plures, vt Vegetatiua tres habet Actus, Gignendi, augmentandi, nutriendi. Nutritiua item habet sub se vim attractiuam, digestiuam, retentiuam, egestiuam. Sensitiua habet sensus exteriores quinque; totidem interiores, vt sensum communem, vim imaginatiuam, aestimatiuam, phan-

1. Anima proprias.

rafficam, & memoriam. Summa, Iob. 3.
Non est numerus militum eius.

2. *Corporis.* II. Rursus, Anima est tota in toto, & parte qualibet. Regit sensus in capite, neruos in cerebro, medullam in ossibus, sanguinem in venis, iubet dentes masticare, &c. dat pulsum arteriis, spiritum pulmoni, hepati calorem, cordi vitam. Omnia ossa sunt eius, cunctaque regit. Ecce dico huic, vade &c. &c.

3. *Virtutū ac virtiorū* Iam si virtutes enumerem, vnus famulas animæ imperata facientes, has longe plurimas reperero: Si & vitia, quæ vt vilia mancipia, ceu Ventos Aeolus, sub monte rationis, legisque Dei, vinculis & carcere claudit: ea innumera sunt: omnia Monarchæ obnoxia Animæ. Aduocat hoc; & paret: amandat istud; & abit.

Figura. Anima est. 1. Terris Dauidica, Can. 4. mille clypei pendunt ex ea, & omnis armatura fortium. 2. Illa est, Luc. 15. ex vobis homo, qui habet centum oves docum in prato hoc corporeo. 3. Villica est, Luc. 16. habens centum olei cados quæ debet Domino; de quarum villicatione illi ratio reddenda est. 4. Seruus iste est, centum debitor denariorum: Matth. 18.

4. Quare vt Moyses indidit Comitibus, Centuriones ac Tribunos populo dedit; qui ius cuique redderent. Ita in prima rerum creatione Conditor Animam cunctis imposuit Centurionem imperio moderandis.

Enumeratio seu illustratio exercitiū. III. Sileo alia omnia: Paulus tres eius Principes in aciem producit, Fidem, Spen, Caritatem. 1. Cor. 13. Sapiens, cap. 2. Chirarchas Prudentiam, Iustitiam, Temperantiam, Fortitudinem: *Isaias ca. 11.* septem dona Spiritus: Iesus *Matth. 5.* octo beatitudines: Paulus *Galat. 5.* duodecim fructus Spiritus; *Philipp. 2.* sensus quinque spiritales. Apostoli articulos Fidei XII. Moyses Decalogi præcepta producit in campum. Omnium vnalmpera-

trix est Anima; tantoque iam plusquam Centurio.

Et ea Dominum accedens tanta cum *Exorare* humilitate, caritate, &c. ipsum non expn- *potest, O-* gnaret? Aiunt Iudæi. Diligit gentem no- *ranique* stram: ipse nobis Synagogam edificauit: Ad- *pro & cum* dunt Apostoli. Dignus est, vt illi hoc præstes. *eoaly.* Non est Sanctorum, peregrinationum, imaginum, reliquiarum, Sacramentorum, &c. persecutor, non Quadragesime violator, &c. Ad quæ omnia deniq; Dominus: Non inuenit tantam fidem in Israel. Magis laus hæc; & à Tali! Nam

Principibus placuisse Viris non infima laus est.

Et hac dignus ille. Quo enim euehitur altius; hoc se longius demittit. Hoc quam in milite rarum est? Domine, ait, non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Sed vade in pace, mi Centurio: tuus me seruus vocat: Paralyticus est.

PARS IV.

Quis seruus Centurionis.

I. **Q** Visille? An deprauata nostra Concupiscentia? 1. Serua hæc nata est. *Concupiscentia hu-* Genes. 4. Sub teerit appetitus tuus; & tu do- *mana pa-* minaberis illius. 2. Heu nascitur is paralyti- *ralytica* cus: sic demoritur; ni adiuues Domine. *est.* Maltum hoc intulit ei peccatum originale. *Lucet in domo animæ paralyticus*, nequit ieiunare; operapœnitentiæ operari; & male torquetur à peccatis. Domine, lacet: adiuua.

1. Ita iacebat lapsus in latrones femimortuus, *Luc. 10. 2.* Ita Samaritanus pro eo sollicitus satagebat. 3. Ita iacebat Adam in paradiso. Ita in nobis Appetitus. Perimus Domine; ni tu adiuues; qui solus potises.

4. Ecce iacet ille, qualis, *Matth. 9.* Hæmorrhœissa duodecennalis sanguinis exhausta fluxu, & totius erogata substantiæ perditione depeculata. 5. Ecce iacet

ce iacet paralyticus alius ad piscinam annos iam ipsos duodequadraginta: Similis utriusque concupiscentia humana est, ægra iam annos supra quinquies milenos, & male torquetur. Non est, qui adiuuet; nisi tu Domine. Male: quia intrinsece: quia iam diu: quia incurabile homini, &c.

11. Et quis ex vobis Centurio non habet in domo sua paralyticum istum? Molestum? Quia & infestum Roman. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. 1. Sicut in domo Abraham, Genes. 21. duas inter Saram & Agar non conueniebat: quod vxor illa, hæc esset concubina viri; cui proinde iubetur; Ejice ancillam, & filium eius. Ita Ratio, & Concupiscentia, Rom. 7. Caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem. Ergo ejice ancillam Concupiscentiam, & filium eius Appetitum. 2. Nam vt Genes. 13. facta est rixa inter pastores gregum Abraham, & Loth: Ita illos inter duos.

3. Sicut Genes. 25. Iacob & Esau etiam in materno collidebantur vtero: sic in homine duo illi. Inde alter semper clinicus lacet.

In natura item, vt in figuris, eorundem iurgantium videre est imaginem. Vt soli ac terra non conuenit; hæc illum vaporibus obturbat; is hunc fulminibus petit: ita homo inferior animalis aduersus superiorem, & vicissim depugnat. Heu quanta subinde passionum fulminantium ac tentationum tonitrua? &c.

Vix dum constiterat orbis; cum ecce dirum duellum Cain inter & Abelum. Et iustus patitur. Genes. 4. Ita ab Concupiscentia Ratio patitur.

III. Hæc igitur, quod Centurio, agat. Experiatur, quod, sicut Luc. 4. Socrus Petri, quæ tenebatur magnis febribus; at mox, vt ab Domino perfanata fuit; surgens ministrabat ei: Ita confanata in nobis Con-

cupiscentia Rationi opitulatur, atque ministrat: Cumque ea pariter concinit Deo, Psalm. 15. Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increperunt merentes mei, id est, appetitus concupiscentiæ.

Perora cum Apostropha ad heros; curam præstent agræ familiæ: Ad milites; feritate posita mansuescant: Ad peccatores; dicant Luc. 15. Pater, iam non sum dignus vocari filius tuus. Mirare. Vnde hoc mihi, vt veniat Dominus meus ad me? Ora, Tantum dic verbo, &c.

FERIA VI. POST CINERES.

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.

Matth. 5.

V Estibulum Templi Salomonis, 2. Par. 9. sanguine stillabat, ictibus securiū perstrepebat, nidore sacrificiorum redolebat. At ipsum intus Templum auro, &c. relucebat, ac nimium quanto splendore attonitos reddebat spectatores. Intus Arca, Manna, mensa, Propitiatorium, &c. Ita in V. Testamenti Synagoga securis iustitiæ, sanguis vindictæ, & horrida alia. At in Ecclesia Christiana mera gratia, misericordia, salus, Eucharistia; mensa agapæ caritatis, &c. An non olim: Odio habebis inimicum? An non olim dictum est antiquis: Dilig. &c. & odio habebis inimicum? ecce securim, & sanguinem: Nunc vero: Ego dico vobis; Diligite inimicos vestros: ecce pacem, ac manna merum.

Nos igitur in præsens

- I. De peste odij.
- II. De dilectione inimicorum.
- III. De odio proximi.

Dddd 3 IV. De

IV. De Amnistia. & vindictæ cupiditate.

V. De duellis per duellum.

P A R S I.

De peste odij.

Rancor & odium dis- perdit omnia.

1. Scipioni Africano ex deuictio ab se Numantiæ Rege Tiresia, captiuoque percunctanti? ecqui vrbs ista tot annos Romanis extitisset inexpugnabilis; nunc vero eam ab sese tam facili negotio in ordinem redactam fuisse? Tiresia respondit: *Concordia nobis victoriam, discordia exitium peperit.* Ita charitas fraternitatis animabus hinc, inderancor & simultas. Dicit Salusti. *Concordia res, at dicam ego, Dilectione res animæ parue crescunt, odio maxime dilabuntur: immo emoriuntur.* Adeo lethale venenum est odium.

In primis oforē ipsum exedit, & necat. Figura.

1. Est veneni genus tam acre; vt prius, quo continetur, vas exedat, quam ad eū perueniat, cui paratur. Ita odium animam oforis prius, quam proximum.

2. Vipera nascendo matrem enecat parricida: odium ex qua anima erumpit; eam & perrumpit, ac enecat. 3. Amanis odium aduersus Mardocheum cunctosque Iudæos, rediit in autorem, Esth. 1. *Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo.* Sic odium suo se mucrone iugulat: perque suum latus petit alterum.

4. Samson, Iud. 16. vt iniurias vlcisceretur, dum Philistinos occidat; se occidit ruina eadem. 5. Ecce, Apoc. 6. equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors; & infernus sequebatur eum. Hæc rancoris iclæra est. Subessor eius Mors est, & c. 6. Nā vt apes fixo cum aculeo vitam relinquunt: ita ofores. Ps. 117. *Circumdederunt me sicut apes.*

7. Vt Chaldæi, Dan. 3. quam fornacis flammam pueris tribus succenderant eadem correpti peribant ipsi: sic suo ofores odio. 8. Similiter Aegyptij, Exod. 14.

in suam ruebant perniciem, cū ad persequendos Israelitas festinabant, & nec vnus quidem superfuit ex eis.

II. 1. Sacrilega Herodias caput Baptistæ, quem oderat, regni dimidio præferbat, Marc. 6. ac odium vindictam regno cœlesti. 2. Naas, Rex Ammonitarum ait ad Galaaditas: 1. Reg. 2. *In hoc seruiam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dexteris.* Sic odium non quiescit ante, quam iræ fecerit satis.

3. Hanon, Rex Ammonitarum, 2. Regum 10. legatos, (ab Dauide, eum de morte Patris consolandi gratia) missos, femoralis barbis, præcisisque vestibus ad vltimate nates, remisit. Sic odium, aut Satananimabus agit, præscindens eis charitatis vestem. Non sic. *Ego dico vobis; diligite inimicos vestros.*

P A R S II.

De Dilectione inimicorum.

Magna est charitas: at maior eius necessitas. 1. Qualis est mundo Solis. *Solem enim è mundo tollunt, qui amicitiam ab hominibus,* ait Cicero libro de Amicit. 2. Empedocles aiebat. *Pacem & Amicitiam esse principium naturæ: Ego in quâ, pietatis: Nam Coloss. 1. Charitas est vinculum perfectionis.*

3. Est ea, Matthæi 13. *fermentum, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum.* Nam facit exurgere amorem Dei proximi, sui.

Debetur vero & inimicis. 1. Rubus ardere visus, incombustus tamen, Exod. 3. significabat charitatem Euangelicam in corde etiam inimici arsuram.

2. Oravit Elias; 3. Regum 18. *Et cecidit ignis Domini, & vorauit holocaustum, ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam lambens.* Significat, ad preces & merita lesu charitatis ignem cœlo lapsurum, absumturuamque in victimam Deo lignea, lapideaque

Charitas est necessaria.

Etiam erga inimicos diligendos.

deaque corda inimicantium; & holo-
caustum animantium recte. Quare &
vos diligite inimicos vestros.

Lex erat, Leuit. 6. Ignis in altari semper
ardebit; In corde charitas, nulla passionū
tempestate vnquam extinguenda. Sic ar-
debat Sponsa dicens Cantorum 8. A-
qua multe non potuerunt extinguere charita-
tem, nec flumina obruent illam.

II. Et vero in natura corporum no-
strorum amor inimicorum expressus
est. Nam anima regit non solum viles si-
bi partes corporis, sed & noxias sibi; vt
humores quatuor, qui in hominis inter-
tum irremisse conspirant. Vt igitur eos
animat, sic & amat. Tu similiter inimicos
dilige, 1. Vt Sol bonos & malos iuxta ir-
radiat. 2. Noe fouebat tam immunda,
quam munda animalia.

3. Sagena, Matth. 13. bonos & malos
piscis concluderat. 4. Ager lolium & se-
getem alebat. Et ego dico vobis: non Moses,
Propheta, non Angeli, &c. Ego dico diligite
inimicos.

Et adhuc quisquam eius verba non
audiet? Cum tamen quasi tubam exaltet
hanc vocem suam? Cum omnes creaturae
faciunt verbum eius? Innuit Angelo, 4. Reg.
19. & vna nocte hic cecidit 185000. Assy-
riorum. Imperat leonibus. Dan. 4. & po-
sita feritate parcunt Danieli. Iubet igni,
Gen. 19. & Sodomam exurit. Aquae præ-
cipit. Gen. 7. & submergit orbem diluui-
o, Marc. 4. Quis est hic, quia mare & venti o-
bediunt ei? Et clamantem: Ego dico vobis, di-
lig. &c. homo nō audit. Nonne Deo subiecta
erit anima mea? Psal. 61. Qui ergo non au-
dit, non diligit inimicos.

P A R S III.

De odio proximi.

I. Theologi docent: odium Dei sum-
mum omnium esse peccatorum.

Ego proximum illi numero odium pro-

ximi; quouis maus incaestu. 1. A proxi-
mo odium tendit & assurgit in Deum.
Nam vt diligendus est proximus pro-
pter Deum, non propter se: ita odium
huius in Deum. 2. Iudæi merum se ho-
minem necare putabant: at simul & Mes-
siam necabant. Matth. 27. Ita inimicum
odio ferire te putas: sed & Deū. 3. Quid?
Qui diligit, legem impleuit: an non igitur,
qui odit, legem totam subuertit? 4. Mat-
22. In his duobus praeceptis pendet vniuersa lex:
Vt coelum & Vniuersum in duobus po-
lis Arctico, & Antartico. 5. Certe Iac. 6.
Quicumque totam legem seruauerit, offendat
autem in vno, factus est omnium reus. Quanto
magis qui odio solo aduersus omnem
legem committit.

II. Odium peccatis præcludit ve-
niam. 1. Nam Matth. 6. Si non dimiseri-
tis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis
peccata vestra. Tenore quo oramus: Di-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitti-
mus debitoribus nostris. Id ex pacto vim
trahit, quod eiusmodi. Lis exorta Deum
inter & hominem fuit: Pro homine Mi-
sericordia Dei, Angeli, Patriarchæ labo-
rabant; at nequicquam. Adeo rigidior
vincebat Iustitia. Pependit lis annis 5000.
Descendit Dei Filius, factus Mediator re-
conciliationem obtinuit cum hac con-
ditione; Si & nos remiserimus debito-
ribus nostris. Placet conditio. Ictur fœ-
dus, fit pax cum Deo. Quocirca: Serue ne-
quam, nonne oportuit & misereri conserui tui,
sicut & ego tui misertus sum? Ergo ad tene-
bras. Et iuste.

Quid igitur Legulei iustes seritis, & se-
minatas dicitis? Aug. serm. 2. ad Frat. in
Eremo, ait: Si pacem non diligis, si proximum
odisti, quo iure, quo pacto, qua fronte tibi petis
dimitti, qui in proximum rancore nō dimittis?

III. Quid? Angeli, Diui, Dei para sup-
pliciant pro nobis, vt ignoscat Deus no-
bis: & omnium conatum ac vota fallit,
fra-

Odium ex-
cludit pec-
cati remis-
sionem.

Vt ergo Le-
gulei qui-
busdam.

fraudat, retardat homo, non remittens proximo. Vx! Quid? Ecclesiast. 28. Homo homini referuat iram; & à Deo petit medelam?

Cassas factus preces.

Educti Aegypto, circumducti in desertum, tentati, afflicti etiam in terra promissionis Israelitæ, orant; nil impetrant: Isaia 58. Ieiunauimus, & non aspexisti. Quid causæ? Ecce, in die ieiunij vestri debitores vestros reperitis: ecce ad lites, & ad contentiones ieiunatis. Quare, Ego dico vobis: diligite inimicos.

PARS IV.

De Amnistia, & vindicta cupiditate.

Amnistia permagni est. Exempla.

AT ita feruent odia, exercentur vindictæ, vt si mandata forent. Exincta est, quæ vel ethnicis tanti fuit, & iudicis.

1. Aeschinis Ath. vox est: τὸ κἀθ' ἑαυτὸν ἴδιον id est, optimum verbum, obliuisci iniuriarum. 2. Phocion, Dux Athen. ad ciuitatem bibendam damnatus filio illacrymantem seuerè mandat, neu contra ingrati ciuitatem vnquam cogitet vindictam: melius amare patriam. Ergo & vos diligite inimicos, & benefacite his, qui oderunt vos.

3. Aristides Athen. ob vitæ sanctimoniam Iustus cognominatus; cum inique pulsus in exilium ingrata egrederetur vrbe, oculos & manus in cælum extulit, Deos precatus, vt hoc facinus vrbi ingratae sinerent inultum.

4. Trasylbulus Ath. post exactos è rep. XXX. tyrannos, & ciues eorum causa profugos reuocatos sanciti Plebiscitum fecit dictum τὸ ψήφισμα τῆς ἀμνηστίας ἐπὶ τοῖς τριάκοντα id est, Plebiscitum obliuionis iniuriarum sub Triginta. 5. Magnum hoc de Cæsare elogium Ciceronis, orat. pro Ligario: Obluisci nil soles, nisi iniurias.

6. Themistocles Dux Athen. proficenti Simonidi artem memoriæ, tunc

primum inuentam, ait: mallem doceres me obliuisci, quæ vellem. Sio & c. Cic. 4. Acad.

Ad tantam ethnicorum humanitatem Christianus nequedum feritatem pones? Memento illius: 1. Ignosce Pater, quia nesciunt, quid faciunt. 2. Et huius Hebr. 10. Mihi vindictam, & ego retribuam.

II. Et retribuisse, exempla testantur. In vindicta. 1. In Cain vindicauit Deus. Genes. 4. 2. In fratres Ioseph, Genes. 44. misere ab ignoto fratre tribulatos. 3. In Iezabelem, 1 Regum 21. præcipitatum, & à canibus discerptam; ob Naboth oppressum vindicauit Deus, Aman, Esth. 7. Superbum sese ab Iudæis vindicaturum, sed in suo opte patibulo suspensum vindicta fuit districta. 5. Adonibezeth Rex demum ab Israelitis captus luit, quod in LXX. Reges sibi subactos commiserat: Iudic. 3. LXX. ait, Reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut fecit: ita & retribuit mihi Dominus. Ita vindicauit Deus in vindicta cupidos.

At è contra, iniuriarum remissiores muneravit Deus. 1. Testis Ioseph, Gen. 45. fratribus ignoscit: & Aegypti Prorex fit. 2. Dauid. 2. Reg. 2. fit Rex, Saul ignoscens. 3. In Stephano haud scio admirabilius sit martyrium, an fusa in hoc pro inimicis oratio. Actor. 6. 4. Daniel quanta in Babylone pertulit? Remisit ex corde: Et ad quanta eum Deus euexit? Par Regi fuit, adeoque superior.

III. Quid: quod iniuriarum remissio nota sic haud minima prædestinationis? Apud Sur. tom. 1. reperio, quod subiicio. Antiochiæ inter Sapricium & Nicephorum fratres lis incidit. Hic illum placare multitentauit: at nequicquam. In persecutione Valeriani Sapricius, vt Christianus, rapitur ad iudicium: inde constans in fide ad martyrium. Frater Nicephorus

Ignoscens euehit Deum.

Signum prædestinationis est amnistia. Exemplum memorabile.

phorus curriculo sequitur, orat veniam, ignoscere supplicat. Nil audit Sappiricus. Ad hunc ille in theatrum supplicij ascendit: fit supplex pro remissione, orat per Sacra omnia: sed obstinatum nil exorat. Interim ferrum licetor expedit. Hic infelix sub ictu exclamat: *Desiste: Imperatorum monitis obsecundabo.* Ad quam vocem cohorruit Nicephorus: rursus profilit in medium: orat, & obsecrat, increpat germanum, in fide perficitur: at furdo, quin mortuo canebat fabulam. Ergo se is Christianum profitetur: Martyr coronam meretur: & aufert S. Nicephorus. Omnis hæc tragedia in vno vertebatur gardine *Amnistie.*

PARS V.

De duellis perduellium.

Duella sunt I. **Q**uo detestabiliora duella sunt. Quid est istane vera nobilitas, repetere cum sanguine vindictam? Hæc vero barbara est feritas. 2. Si homicidia vel pariant, vel tueantur nobilitatem: iam quintum Decalogi præcipiet iniquitatem; quod prohibet duella, & vindictam. O peruersum nefas! 3. Vera nobilitas virtutum agnoscit parentem, & colit: non impietatem.

De vindicta. 4. Vindicta hæc, & victoria est, *iram vicisse suam.* Prou. 10. *Fortior est, qui dominatur animæ suæ, expugnatore urbium.* Ambrosius, Chrysostomus, homil. de Dauid: admirabiliorem aiunt fuisse Dauidem ignoscendo Sauli, quam vincendo Goliath.

De duellio. II. Quare, Magistratus, ferro in duellorum victores animaduertite: in victos & victores excommunicationis fulmina torquete Præsules: Pastores cæsa cadauera cœmiteriis arcete. Iere. 22. *Sepeliantur sepultura asini putrefacti, & proiecti extra portas Ierusalem.* Nam Psal. 138. *Viri sanguinum declinate à me.*

Dauid vnicum designarat homicidium, diluerat pœnitentia; in gratiam se reposuerat: & tamen, 2. Reg. 21. *Non poteris edificare Domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* 2. Triennio toto non pluit, 2. Reg. 21. irato Deo Israelitis, quod innoxium Gabaonitarum sanguinem fudissent. Et quam plueret gratiam Deus in sicarios? 3. Vetuit Deus, *Leu. 11.* vllum accipitri, aut milui genus in cuiusquam venire cibum, vtiaues immundas: quia sanguinaria. Ita excommunicantur à Deo homicidæ perduelles.

Deus ô, aut emenda; aut cum Samsone, Rex, suffoca leones istiusmodi cruentos: qui clavis transfixi Filij tui nec vocem ignoscentis, nec exemplum patientis respectare volunt.

SABBATO POST CINERES.

Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari: & Iesus solus in terra Marc. 6.

Magna tempestas diluuij fuit, *Gen. 7.* quam Arca pertulit inter 40. dierum pluuias, ventos, procellas. At oliuæ ramum afferente columba factum est indicium remissæ pœnæ, vindictæ, & iræ Dei: Demum in montibus Armenia Arca stabat. In simili casu hodie Dominus vere columbinus, saluti & solatio est iactatis, Imperata & reparata tranquillitate.

Circa quod nos

- I. De iactata nauis Ecclesia.
- II. De mari mundi.
- III. De Ecclesia nauis.
- IV. De ventis turbulentis.

PARS I.

De iactata nauis Ecclesia.

IX quo, inde ab innoxio Abele cæso, Ecclesia Ecclesia cœpit, persecutio nullo ei fluctuat.

Eeeee

vn-

vnquam saeculo defuit. 1. Semper, ait *August. lib. i. ciii. in ea fratricida Cain, profani Esau, Pharaones persecutores, fornicatrices Iezabeles, proditores Iudae, &c. extiterunt.* 2. Quot enim falsi prophetae aduersus vnum Eliam? 3. *Regum 11.* 3. Quanta fornax tribus parata pueris? *Dan. cap. 14.* 5. Quot oppressiones Aegyptiae in Israelitas? *Exod. 7. 8. 12. 6.* Quot contra illos Philistaei, Amorr. Iebu, Chan, Madianitae, Amalecites? &c. 7. Qui ploratus in Rama ex infanticidio? *8. Pl. 12. 8. Saepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel; saepe expugnauerunt à iuuentute mea: et enim non potuerunt mihi.*

Sed non mergitur vnquam.

II. Omnino Ecclesia est. 1. Bethulia, *Iudith. 5.* saepe circumuallata; at nunquam capta. 2. Est Susanna, *Dan. 13.* accusata: non conuicta. 3. Est Iuditha, *cap. 10.* Holofernem detruncans, &c. 4. Est lapis Petrae, *Dan. 2.* comminuens statuas Nabuch. 5. Est arca foederis, 1. *Reg. 5.* custos Legis, manna, & virgæ Aaronicæ, euertens idola Dagon, &c.

6. Est salamandra, in medijs viuens ac victitans flammis. 7. Est laurus sacra, vsq; viuens, tementrix fulminum. 8. Est rosa inter spinas. 9. Est palma, hoc magis enitens, quo pressa magis. 10. Est arca Noe; hoc altius exurgens, quo fluctus subit altiores: demum in montibus Armeniae consistens Monarchica, æternum immota.

Indurata malis.

III. Utque Mithridates, Romanos annis 40. fatigans bellis, teste *Plur. in Lucullo.* venenum quoduis sumebat innoxius; quod à puero illi infueisset: sic Ecclesia indurata malis durat, perdurat, & nullis cedere nescit.

2. *Sanguine fundata est Ecclesia: sanguine creuit.*

Sanguine nutritur: sanguine finis erit.

3. Nam sicut Romanorum, teste *Luca. no 1. 1.*

Fraterno primi maduerunt sanguine muri: Ita ecclesiae primordia Sanguine Christi: 4. Ac porro, vt Cyprian. ait, Sanguis Martyrum est semen Christianorum. 5. Oportet persecutiones esse. Quia cum sero esset, erat nauis in medio mari.

PARS II.

De Mari mundi.

I. **M**undus hic mare est. 1. Nam non tot in mari nauium; quot animarum in mundo naufragia. Hic Euripia-
gitationum, tentationum breuia, sicut pericula, charybdes scelerum, &c.

Non mare tot guttas, quot mala Mundus habet.

2. In Adam, in Eua omnes perijmus: omnes hausta tot gratiarum sunt merces puncto vno. In hoc simul vt nascimur; mergimur. 3. Bene Menander Poeta: *satius est pauperem in terra viuere: quã diuitem nauigare.* 4. Trium in vita peccitebat Catonem: Si quod arcanum feciminæ: Si nauis se credidisset, cum terra iter facere potuisset: Si quæ dies infructuosa abiisset.

Multa in mari; in mundo plura discrimina. 1. Hinc & Apostolorum *Nauibus, nauis cula in medio mari iactabatur fluctibus. Ioa. 2. exaltat, ut dicitur.* 2. Hinc Ionæ, *cap. 1.* facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur. Quare humilisturior humus.

Qui iacet in terra, non habet vnde cadat. Iococrates, Aeliano teste l. 12. aiebat: Athenas habitatu iucunde sunt; at intuta. Nam quos ad summa queq; euexerant præclare meritos; hos ingrata aut vita, aut patria exuebant. Testes, Phocion, Pericles, Demosth. Socrates, &c. Similiter mundus agit in sui studiosos.

II. 1. Exemplo est Aman, *Esth. 7.* primus in regno: sed & primus in patibulo. 2. *sacra.* Holofernes Bethulæ obsessor, terror orbis; *Iudith. 13.* At, ecce, caput Holofernis *Princis;*

PARS III.

De nauis Ecclesie.

I. **H**AEC Petri est. Sanctus Clemens in *Ecclesia est*
 Epist. ad Iacobum ait: *Similis est sa- nauis.*
lus Ecclesia magna nauis, quæ ex diuersis regio-
nibus viros portat per vndosum pelagus, in secu-
rum portum, & magnam ciuitatem. Est belli-
ca, prætoriana, vinci nescia.

Fluctuat: at nunquam mergitur illa Ratis.
 Autor sit Plinius l. 36. cap. 17. in Scyro *Integra.*
 insula reperiri lapidem, qui integer a-
 quis innatat; comminutus mergitur. Ta-
 lis in edificata Ecclesia est, quæ integra-
 te concors super fertur vndis; at dissecta,
 mergitur.

Nauis est Ea bellica terribilis, vt castro- *Bellica.*
 rum acies ordinata, Cant. 6. Cuius Nauar-
 chus Iesus; Crux, malus; Virtutes, vela;
 Charitas, funes; Sacramenta, bombar-
 dæ; gratiæ, propugnacula: 8. Spiritus,
 venti: de quo Psal. 142. *Spiritus tuus bonus*
deducet me in terram rectam. Copiæ nauales
 in ala dextera sunt Ecclesiastici: in cornu
 sinistro, Religiosi: in acie media Laici.
 Omnibus intendit Induperator vnus ac
 Pontifex Christus IESVS; cuius in terris
 Vicarius Pontifex Romanus. Ps 104. *Con-*
struit eum Dominum Domus sue, & Princi-
pem omnis possessionis sue.

Est nauis ea vt turris Dauidica; Can. 4. *Dauidica.*
 Mille clypei pendunt ex ea, & omnis armatura *Institoria.*
 fortium. 2. Est vt Nauis institoris, de longe por-
 tans panem. Prou. 31. Nam, Psal. 18. *a summo*
cælo egressio eius. Vere panem nauticum
 portans, biscocum, Iesum bis genitum
 ab æterno ex Patre; in tempore ex Matre
 sola. 3. Est nauis Salomonis è Thargis affe- *Tharsica.*
 rens aurum fidei, argentum charitatis, & dē-
 tes elephantorum, seu ebur charitatis: & si-
 mias & pauos, bonos & malos. 4. Est ea na- *Arca*
 uis, vt arca Noe, extra quam nulla salus. *Noaa.*
 in ea thesauri Bibliorum, Sacramentorū,
 Miraculorum, &c.

Eeeee 2 Eam

Principis militia Assyriorum: & ecce conopa-
 um illius, in quo recumbebat in ebrietate sua,
 vbi per manum siemina percussit illum Domi-
 nus Deus noster.

Profana. Quam tu ludis Munde rebus in huma-
 nis? Non sic mare ludit in vndis.

1. Ecce Alexander Magnus, succes-
 sor orbis; cui nec vnus hic totus sat erat;
 felicitate ebrius, se hominem esse obli-
 tus, Iouis appellari filius, & esse Deus
 voluit. Quid vltra? Summa in humanis
 vt attingit, ecce esse desit in humanis; sol
 ipsi in meridie occidit: dies ipsos XXX. ia-
 cens inhumatum cadauer bestis ac vo-
 lucrilib. relinquebatur; regno inter alie-
 nos diuiso.

2. Iulius Cæsar, cui felicitate nemo par,
 quintum Dictator, triennium Impera-
 tor, quinquagies prælio victor; demum
 vulneribus plus viginti in Curia ficas in-
 ter Senatorias corrui ludibrium fortuna-
 næ. Atqui ita & in mundi freto hoc.

Omnia naufragio- rum plen. III. Quare, mundicæla, ad es dum; ad li-
 tus mecum maris affide paulisper. Lu-
 strems, num vsquam toto æquore mū-
 di cernamus locum vnicum non ab ali-
 quo aliquando naufragio insignem & in-
 famem? Aspice nauim Pontificiam, Epi-
 scopalem, Clericalem, Monasticam; Im-
 peratoriam, Regiam, Ciuicam: Theolo-
 gicam, Medicam, Iuridicam, Mechanic-
 cam, plebeiam, quamcunque. Viden' vt
 (ceu Claudianus canit.)

Amara amara. Ludat in humanis mundana potentia re-
 bus?

Vltima, prima, media; summa; imaq; O-
 ceani omnia salfuginea sunt; nec guttula
 dulcis aquæ est: Ita in mundo nil verum
 bonum, &c. Sint, qualiacunque velint,
 extrema gaudii luctus occupat. Prou.

14. Sic transit gloria
 mundi.

*Linteres
hæretici.*

Eam circumuolant myoparones, cymbæque pyratice cum dæmonum, tum hæreticorum, & falforum fratrum. Est ea Victoria nauis; orbem circumuectâ per orbem, Catholica, vniuersalis. Volant aliæ angulis in aliis, volarûtque, volabuntque: Eunt, redeuntque: abeunt hæ, succedunt aliæ: Vna nostra in omnem terram exiuit, Psal. 18.

PARS IV.

De ventis turbulentis.

*Tyranni
Christia-
norum.*

I. H^I sunt persecutionum Aquilones, Austrique truces. 1. Primus en, è cauea euolat iudaica: Christum obruit cruce: Stephanum grandine saxorum; Iacobum è pinna præcipitat; dispergit Apostolos; excitat Paganos: concitat Imperatores, Nerones, Decios, Iulianos, &c. concutit orbem: mouet tartara; rotat omnia. 2. Prodit Damafus Papa in vita S. Marcellisolum Dioclerianum breui tempore xvii. millia Christianorum exquisitis necibus discruciasse.

3. Eusebius de sua prodit ætate, in *hisl. Eccl. li. 8. c. 2.* carceres omnes Christianorum refert os, nec aliis locum maleficis fuisse: libros fidelium ad flammâs conquisiuisse Dioclerianum. Et factus est motus magnus in mari. 3. Ea tempestas absorpsit martyrio continuos XXX. Papas, in Oriente CC. Episcopos. Cætera quis fando memoret?

Hæretici.

Istis successerunt turbines hæreticorum: 1. primum Arianorum; Ab histotus pene orbis absorptus erat. Gembatque sub aquis: Domine perimus. Hieronym. Dial. contra Lucife. ait: *Ingemiscbat orbis, & se Arianum esse mirabatur.* 2. Qualia vero temporibus consecutis? Sigebertus in Chronicis testatur vnum Copronymum Imp. Iconoclastam plures è medio sustulisse Catholicos: quam tyrannorum quemquam. 3. Cætera

præteruehor: Quis turbo Lutherus? quæ Furia Caluinus? Germania, Gallia, Anglia, Vngaria, quæ pertulisti, quæ vel ministri similia? Seu Ecclesiam, seu Imperium; mores, seu homines spectes, &c. Dicamne? *Nunc cinis est, vbi Troia fuit.*

11. Ast Ipse imperauit mari & ventis. Fanesi Pharao, Exod. 14. persecutor Ecclesie exitus primus, mari obrutus perijt. Seditiofis rannos. Core, Dathan, & Abyron terra dehiscibat. Num. 16. Christianorum tyranni dire periere singuli. Nero suus ipse carnifex fuit: Decius à Gothis victus submergitur: Traianus paralyti diffluxit: Maximinus oculorum cruciatu necem incurrit. Valerianus à Persarum Rege captus ephippiarium egit, stapedemque tenuit Regi equum conscendenti. Iulianus lancea diuinitus intorta S. Mauriti transadigitur. Valens Arianus viuis deflagrauit.

Infeliciores nacti mortes sunt hæretici. Arius cum aluo deiecta deiecit *Hæretici- rum.* & animam in latinam. Vt Athan. & Rufinus testantur. Manichæo viuis pellem detraxit Rex Persarum, ait Epiph. Nestorio linguam vermes corroserunt. Lutherus bene potus, pastus, fartusq; cubitum concedens apud inferos pernoctauit, æternumque pernoctat. Zvinglius, Cochlaeo teste, in acie rusticorum cecidit. Carolstadius à diabolo suffocatus est. Bolecco teste. Caluinus, vt & Herodes, Antiochus & Maximinus, morbo pediculari, inuocatis dæmonibus, desperatus exhalat. Virg. 6. Aen.

Discite iustitiam moniti non temnere Diuos.

Et sic facta est tranquillitas magna.

FERIA

FERIA II. POST DOMINI-
cam I. Quadragesimæ.

*Cum venerit Filius hominis in maie-
state sua, & omnes Angelici eius
cum eo. Matth. 25.*

Ivdæis, *Esth. 3.* sub regno Assueri posi-
tis, morte grauior accidit conseruatio,
ex Regis Edicto, quo vniuersim omnes
internecioni addicebantur, autore Ama-
no. At grauior accidere Christianis de-
beret ex denunciatione Iudicij extremi
tam horrifici.

Super quo nos

- I. De triduo Dei ac nostro.
- II. De horrore & furore iudicij extremi,
manuumque Dei.
- III. De ipso Iudicio.
- IV. De Iudice.
- V. De his, qui erunt iudicandi.

PARS I.

De triduo Dei, ac nostro.

T Amberlanes, Scytharum, Turco-
rumque Rex omnium sauius; ut
prodit *Criminus l. 1. de honest. discip. cap. 1.*
Si quam obsedisset urbem, die primo
tentoria explicabat alba: altero nigra:
purpurea tertio. Indicium 1. gratiæ, si se
dederent: Sin' 2. mortis plurium: aut
denique 3. cædis & deuastationis om-
nium. Barbare ille: iuste Deus dat triduum.
Prima est alba dies Natiuitatis no-
stræ, ac porro vitæ: & illa gratiæ. Altera
atra mortis: & hæc gratiæ, simul & fati-
Tertia rubra Iudicij & districtæ iustitiæ,
dies iræ ac furoris Domini.

Ludou. Granatensis refert de Religioso;
cui triduum duntaxat foliorum liber fue-
rit, in quem tota vita incubauit; neque-
dum tamen ediscere se potuisse fateba-
tur. Folium primum erat album, beati-
tatis: alterum atrum, mortis: tertium ru-

brum, Iudicij index. Eundem hodie e-
uoluamus.

In huius folio primo sedulus Psaltes *Davidis.*
16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. 83. Cõ-
cupiscit, & deficit anima mea in atrio Domini.
41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes
aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.
In secundo folio item. Psalm. 114. *Praeco-
cupauerunt me dolores mortis, & pericula in-
ferni inuenerunt me.* In tertio similiter, Pf.
142. *Memor fui dierum antiquorum.* Psalm. 118.
A iudicis enim tuis timui.

PARS II.

De Horrore Iudicij extr. Manuumque
Dei.

Horribile audire est de orbis cata-
clysmo; aliaty Dei exercita iudicia:
at ista sunt. ludus ad futuri iudicij rigo-
rem; quando aquis sauior ignis etiam
montium fundamenta comburet. Psalm. 32.
Horribilis deflagratio fuit Pentapoleos:
at quis horror erit; cum vna per orbem
vndique, & vndique flamma flagratu-
ra est? Interque sonabunt cælorum
fragores; terrarumque montiumque
quassationes; clangores tubarum; mor-
taliū clamores; mutorum fremitus
brutorum; elementorum confusiones
permistorum; & omnium conturbatio.
Hæc memorare nouissimæ tuæ: &c.

Horam memoria si vel semel animo
in sedisset viuax; efficax vna foret pec-
catis omittendis. At quia, Psalm. 9. *Non est
Deus ei in conspectu eius, ideo inquinata sunt
via illius in omni tempore: nimirum quia
auferuntur iudicia tua à facie eius. Quare
merito Moyses, Deut. 32. Gens absque con-
silio est, & sine prudentia: Vtinam saperent, &
intelligerent, ac nouissima prouiderent.*

II. Prouidit, & cohorruit, qui dixit;
Heb. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei
viuentis. Cur in manus? Quia vna manu
pœnas infligit Deus, quas hic vnquam*

Eeeee 3 in-

intulit. Vnius manus erat diluuium Gen. 7. Cardes primogenitorum Aegypti: Exod. 12. Aegyptiorum demersio: Exod. 14. Plaga Iobi, vocantis opem, cap. 19. Misere-remini mei, misereamini mei, saltem vos amici mei: Cur? Quia manus Domini tetigit me, Horrendum est igitur, incidere ambas; vt in extremo iudicio: Et quidem tum solutas: Iam nunc enim Crucia fixæ sunt, & quasi vincæ abs Misericordia, & iustorum prece tenentur. Ideo ad Moysem ait, Dimitte me, vt, &c.

Quod si Moylis manus supplicantis tam graues in Synai, vt ab Hur, & Aarone sustentandæ essent: Exod. 17. quæ erunt graues Dei vindicantis? Iam miserantis manus sustentatur hinc ab Patientia; inde ab Misericordia. Iesu, ora panis, vt verus noster Moyles: nam hic grauis pugna nobis est aduersus Amalecitas Dæm. Car. Mund. Nam cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel: si autem paululum remisisset superabat Amalec.

D. Hieronymus semper illam manu Dei solutionem prouidebat, tubæq; vocem hanc: *Surgite mortui: venite ad iudicium pœnarum, & præmiorum æternorum.*

Miramur tubas, Iosu. 6. 7. quarum ad clangorem muri Iericho corruerunt: Ad harum vero sonum ima cum summis mouebuntur.

PARS III.

De iudicio ipso.

Erit generale.

I. **F**ides docet, futurum generale iudicium: Ratioq; euincit. 1. Nam corpus cum anima ad bonum seu malum allaborauit: cum igitur particulari iudicio sit merces adiudicata animæ; par & corpori debetur. Et dabitur hæc in generali iudicio, cum & generalis erit resurrectio, & congregabuntur ante eum omnes gentes. 2. Dein, vt generalis fuit creatio: ita & iudicatio erit.

Tempus iudicij, est vnus ex articulis libri septem signaculis clausi, quem nemo in, & sub terra aperire, vel legere dignus, præter Agnum. Apoc. 5. Et Matth. 25. non est vestrum nosse tempora, neque momenta. Theologi tamen opinantur alii futurum Media nocte, quia tunc clamor factus est: Mat. 25. Alii sub vesperum. Quia Marc. 4. Cum sero factum esset, erat nauis in medio mari. Pars melior: fore de clara die. His concisco.

Loco quo? Ioel. 8. Congregabo omnes gentes: & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. Iuste: nam & ibi Dominus est iudicatus ab hominibus: estq; in meditullio terræ.

II. Horribile erit iudicium: Nam sic eius nomina, Iob. c. 14. 20. nominat diem furoris. David Psalm. 109. *Confregit in ira sua Reges.* Prou. 6. Diem vindictæ & vitionis, Ezechiel cap. 6. diem horrois. Sophonias cap. 1. diem calamitatis, ac miseriae appellat.

Nec mirum. 1. Nam nil audietur, præter tonitrua: Nil videbitur, præter ignes & caligines fumorum: Nil tægetur, quod non a tactu peccatoris refugiat, vel in eum insurgat. 2. Homines fugient in deserta, feræ in vrbes, &c. 2. Momento exarescent arbores, colliquescent montes, &c. 4. Bestiæ iacebunt mortuæ, aues ruent; pisces euicientur fortentes, &c. 5. Et ea videbit homo, & viuet; & mors ab eo fugiet, &c. 6. Cæli moueri desinent. Torpidum iacebit solum; mare ad sidera surget: deniq; suum locum (forte) repetet proprium, terræ toti superfusum. Parua hæc.

III. Caput isthoc: Peccata reuelabuntur. 1. Tunc, 2. Cor. 4. illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Heu! proh! Vah! qualia?

2. Tunc tibi, quod Nathan Dauidi: 2. Reg. 11. *Tu fecisti in abscondito: ego autem faciam.*

iam hoc in conspectu solis, 3. Nahum 3. Re-
ne abo pudenda tua in faciem tuam, & ostend-
dam genibus nuditatem tuam, & regnis igno-
miniam tuam: Regnis Angelorum, Divo-
rum, Daemonum. Iam te come, cole, in-
fusa, auro indue, &c. ostendam nuditatem
tuam. Cela, excusa quæ peccas; hypocri-
ta simula alium quam sis: ostendam nudita-
tem tuam.

IV. Non semper dormiet, qui iam
dissimulat Deus. 1. Tu iam quasi derides
Deum, vt Cham patrem. Gen. 9. Enigilans
autem Noe ex vino, cum didicisset, quæ fecerat
ei filius suus minor, ait: Maledictus puer Cha-
na: seruum seruorum erit fratribus suis Qua-
si amore ebrius iam Deus expectat patie-
ter: at vero Plal. 77. tanquam potens crapula-
tus à vino exurget. Væ tunc impio!

2. Dies habent criticos medicos; quibus
ni lignis se melioribus declarat morbus,
actum pronunciant. Hic iudicij dies est
criticus nobis: ni mores transferamus
in melius, actum erit.

3. Ad eum quis nõ inhorrescet? Bom-
byces ad tonitru auditum emoriuntur:
Etu necesse est vt dicas, Psa. 21. Ego sum
vermis, & non homo: Nec tantis iudicii fra-
goribus mouebere? 4. Plal. 106. Vidit, &
commota est terra: Et montes sicut cera fluxe-
runt: Etu ad ista stas velut marpesia cau-
tes? Vbi sensus? Vbi ratio? S. Petrus ait:
Vix iustus saluabitur: & ego miser vbi pare-
bo? Quid in Babylone tutum si in Ierusalem
manet scrutinium? ait S. Bern. ser. 55. in
Cant. Ibid. Quid facient tabule: quando
tremunt columnæ: Et Greg. 1. 17. Mor. c. 19.
Quid facient virgulae deserti: cum Cedrus per-
suetur?

PARS IV.

De Iudice.

I. CVM tale iudicium; qualis Iudex e-
rit? 1. Pl. 96. Ignis ante ipsum procedet,
& inflammabit in circuitu inimicos eius.

2. Et Omnes Angeli eius cum eo. 3. Et Sede-
bit in sede Maiestatis sua. Et Congregabuntur
ad eum omnes gentes. 4. His ostendet Vul-
nera, Sanguinemque suum, qualis in cru-
ce fuit. Hinc reprobis, heu, quis horror,
dolor, furor? &c.

Hic idem tamen quatum mutatus ab *Alius tum*
illo in cruce? 1. Qualis Daniel cap. 6. ante *erit, quam*
in lacu leonum: iam Principum Princeps, *fuit ante.*

2. Ante, Gen. 37. Ioseph venditus, vincus:
iam à Rege primus. Talis tunc Dominus,
Matt. 28. Data est mihi omnis potestas in celo,
& in terra.

Iam respice eum politice Pilæe; Rex *Visu into-*
Herodiane; Iuda proditor; Iudæi, sce- *le-abilis*
lerati Christiani; miles iniuriose. Malcha *reprobis.*
percussor, &c. Tunc singulorum vnus e-
rat: nunc quot politici, Iudæ, Malchæ?
&c.

II. Quo te excusabis? Non erat excu- *Et voca.*
satio fratribus Iosephi, hoc dicente: Gen.
45. Ego sum Ioseph frater vester, quem vendi-
distis in Aegyptum: Tu quid dices, cum au-
dies: Ego sum: qui talia perpeffus sum; pec-
catis læsus expectaui vos ad pœnitenti-
am: sum Dei filius, cui Pater dedit omne iu-
dicium &c.

Quo fugies? 1. Si Reginã Saba, 3. Reg. 10.
coram Salomone vox defecit, & Spiri-
tus: 2. Si Eithet, conspecta Assueri ma-
iestate, adire extimuit: Esth. 4. 3. Si Dani-
el Angeli intuitu emarcuit, Daniel. 10. vt
concideret, te quid fiet? 4. Ad mortalis,
passibilis que vocem stare cohors furiis
armata nequibat: Matth. 27. Tu quod?
Heu. Isa 3. Ingredere in petram; abscondere in
fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria
maiestatis eius.

III. Expauit populus ad fulgura & *Erit formi-*
tonitrua Dei, legem dantis Moyfi in Si- *dabilis.*
nai: Exod. 19. Non loquatur nobis Dominus,
aiunt, ne forte moriamur; Tu non con-
tremisces ad ea; quæ infra, supra, cir-
cum intra que te senties? 2. Vel ipse iu-
stus

Itus Iob aiebat : cap. 14. *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertrans-
eat furor tuus?*

3. At nō solus infernus se in iudicio ef-
fundet; sed omnia insurgent contra pec-
catorum. Ah, Psalm. 138. *Quo à facie tua
fugiam? Si ascendero in caelum; tu illic es; si
descendero in infernum, ades.* 4. Adam, Genes.
3. vnus solius sibi conscius delicti erat,
& abscondit se, & vxor eius à facie Domini
Dei, in medio ligni paradisi. Quid aget tot
coopertus flagitijs peccator? Vx, vx, vx
ter infelicissimo.

PARS V.

Qui erunt iudicandi?

Interit iudicio SS. Trinitas. Sicut Ge-
nes. 18. *Descenderunt tres viri ad spectan-
dum incendium.* 2. Intererunt Chori IX.
Angelorum. Apocal. 7. *Vidi turbam ma-
gnam, quam dinumerare nemo poterat.* 3. Ad-
erunt & cacodæmones. 4. Et Congrega-
buntur omnes gentes.

1. Quid, o Deus, animulis facies bap-
tismo non tinctis? Anne valebit pro-
pheticum istud: *Filius non portabit iniqui-
tatem patris sui Adæ? Sed omnes in hoc pecca-
uerunt.* 2. Quid iis ages; quibus vnum
duntaxat, alterumue peccatum est mor-
tiferum? 3. Satin' fuerit, Cainum quinq;
millibus annorum. Iuisse fratricidium?
Core, Dat. Aby. annis iam termillenis
Satin' luerunt? diceturne iis: *Ita maledicti
in &c.*

*Eheu Domine, non intres in iudicium cum
seruo tuo. Psalm. 129. si iniquitates obseruaueris,
Domine, Domine quis sustinebit?* 1. Domine
memento, quod Ioseph remisit fratri-
bus, Gen. 49. & non recordatus est iniu-
riæ. Ita fac cum seruo tuo mecum in bo-
nitate. 2. Fac vt Dauid, qui rex appellatus,
omnibus remisit iniurias. O radix Da-
uid *te super recordare, quod sim causa tua via;
ne me perdat illa die.*

FERIA III. POST DOMINICAM
I. Quadragesimæ.

*Intrauit Iesus in templum Dei, & eii-
ciebat omnes vendentes.*

Mat. 21.

MOyses, Exod. 32. descendens è Sinai,
comperta populi idololatria, com-
minuit idolum, deditq; puluerem cun-
ctis potandum; & plusquam tria homi-
num millia interfecit. Iesus è caelo de-
scendens vidit quod esset multa malitia ho-
minum, etiam in loco sancto, Intrauit: eie-
cit omnes, &c.

Nos circa idem

- I. De ambitione, & auaritia.
- II. De Templo.
- III. De eumentibus, ac vendentibus.

PARS I.

De ambitione, & auaritia.

Timon Philosophus, *μωυονδωω* & 1. *Hæc ma-
lorum sunt principia*
auaritiæ, ambitionemque docebat.
Nec aberrabat. 1. Nam hæc Angelos, &
protoplastas, caelum, & paradysum cor-
rupit: Ista Iudam, Epulonem, & innu-
meros perdidit. 2. Per duos explorato-
res, Ios. 2. apud Raab latitantes, Iericho *euersit*
direpta, & euersa fuit. Ita per duo ista, a-
pud mundum pellacem commerantia,
prædæ fit genus humanum cacodæmo-
ni & Orco.

3. Sunt ea duo fenest, Dan. 14. in pome-
rio Susannæ, Ecclesiæ, ab diti ad furta ve-
nerea: neque sat agnoscuntur, nisi in ex-
tremo iudicij actu. 4. Utque Satan
Dominum ad pinnaculum templi eue-
xit præcipitandum: ita ambitio multos
ad Ecclesiasticas dignitates. Agrippinæ,
filium Neronem promouenti ad impe-
rium, cum Astrologi dicerent, eam à fi-
lio oc-

lio occidendam fore, ait. *Occidat, dum imperet. Adeo ardebat ambitione.*

Ad mala omnia via passant.
 II. Sed infelix anima: Matth. 16. *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucratur; anima uero sua detrimentum patiatur?*
 1. Philistæi, *Iud. 16. excæcatum Samsonem nouis funibus constrinxere. Ita dæmones excæcatum ambitione & auaritia, trahunt in alia omnia.* 2. Ac demum, ut Iudæi Iesum crucifixerunt inter latrones: ita animam ij inter hæc duo uitia, in mundi monte Caluariæ. Quæ duo sunt monstrata in iis, quos Dominus eiecit *Ementes & Videntes.*

PARS II.

De Templo.

I. **V**OX, Templum, æqui uoce ponitur in Scripturis. Pro Salomone: Psalm. 5. *Adorabo ad templum Sanctum tuum.* Pro Corpore: Matth. 27. *Possum destruere templum hoc. Ioann. 2. Soluite templum hoc. Similiter vox Domus: Pro cælo. Psalm. 121. Latatus sum in his, que dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Pro B. V. Maria. Ut Psalm. 64. *Domum tuam Domine decet sanctitudo.* Hic accipitur pro loco orationis, seu Salomone.

Eccl. 1. Ecclesia autem uere Domus est; cuius fundamentum Christus, ostium fides, parietes fideles, cœmentum charitas, custodes concionatores. Hæc est ea, quam Sapientia ædificauit sibi Domum, excidit columnas septem, &c. Prouerb. 9. Extra eam igitur sunt, quicumque Scripturam non habent, nec agnoscunt. 2. *Thronum, 3. Reg. 10. construxit Salomon de Ebore, & Auro, & duodecim leuinculi in gradibus sex eum supportabant. Is, est Ecclesia fortis, formosa; Apostolica. 3. Ea Tabernaculum est; Psalm. 18. In sole posuit Tabernaculum suum: ut nemini sit inuisibilis.* 4. *Ea est Turris David, ædificata cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura foris. Insu-*

per & in petra est. Matth. 16. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

II. 1. *Altitudo eius in cælos assurgit; Ecclesia nam filij eius Angeli ac Diui, qui super-na: & homines uiui, item & mortui purgatorij, qui inferna hæc incolunt. Sicut Arca Noe, Gen. 7. Animalia munda superne: inferne immunda habitabant.* 2. *Latitudo eius orbem toto concluditur. Imo nec cælis ipsis terminatur. Supra hos fertur, seque Seraphinis miscet. De terra Psalm. 2. Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* 3. *Profunditas eius ad inferos purgantis ignis usque descendit: Atque ita Philip. 3. In Nomine Iesu omne genu flectitur, Cælestium, Terrestrium, & Infernorum.*

4. *Armatura eius sunt Virtutes Theologicæ tres, Cardinales quatuor: Dona Spiritus septem; Beatitudines octo; Confilia Euangelica tria, Decalogus, Symboli Articuli 12. &c. Ad hæc Isai. 7. Mons est in vertice montium: Psalm. 88. in montibus sanctis fundatus. Aedificare hunc cœpit Adam; compleuit Iesus.*

Sicut, 3. Reg. 5. Dauid, vir sanguinum, cœ. Origo cepit Templum, materiam congerendo: at Salomon ædificauit.

III. *Quid metuat igitur uel hæreses, uel tyrannos? Facta est, ut hi in eam impingant; ac collidantur. 1. Ad hanc Petram insani maris fluctus decumani illisi franguntur, dissipantur.*

Illa stat interea ueluti Marpesia cautes. 2. *Atque uelut elementa quatuor, etsi natura Vniuersique ministra; ad ipsam tamen corrumpendam quasi certatim incumbunt. Nam cælos ignis calore, aer uapore, terra memphici, aqua exhalatione diuexat: At nequicquam. Vnum ridet omnia cœlum. Ita Ecclesia Mandum, carnem, dæmonem, hæreticos. Psalm. 128. Sape expugnauerunt me a uenture meae: etenim non potuerunt mihi.*

FFFF

3. Vna

*Crescit ad-
uersis.*

3. Vna exibat procella domum euertere Iobi, Iob. 2. suoque cumulo esse domesticis tumulo. At Ecclesia vim, fraudemque & omnia temnit. 4. Vt Arca diluuium, coelique furias irati, & iniurias nec tanti: Quin magis Gen. 7. factum diluuium, & multiplicata aqua eleuauerunt Arcam in sublime à terra. Porro arca ferebatur super aquas. Ita Ecclesia superfertur aduersis, & altius extollitur, vt ad quam aspire non queant.

*Exemplum
singulare.*

Initia quantum pressa Christo patiente? Vna Mater Iesu stabat immota fide: & Fides in sola ea stabat. Heu! ad quam arctum res redierat? At, simul in altum. Nunquam in terris purior fuit Ecclesia; quam cum in fide perstaret B. Maria sola: & in B. Maria Ecclesia.

Ecclesia est in qua Deus vere commoratur, etsi, nisi in ænigmate, non videatur. Plena est sanctitatis. Vnde credimus sanctam Ecclesiam. Et Dominus: Domus mea domus orationis vocabitur.

PARS III.

De ementibus, & vendentibus.

Zelus contra peccantes in templo.

I. **E**lecit ementes, & vendentes. Hæc ira est. Alibi nusquam iratus fuisse legitur Dominus. At cur hic? Num alibi, in Samaria, Iudæa, Aegypto maiora non viderat mala? Quod hic videbat; Simonia erat: Et hæc in templo committebatur: Extra hoc, cætera. Proinde, Psal. 62. *Zelus domus tua comedit me Iesum.* 1. Qualis Moysen, Exod. 32. quando ob adoratum vitulum tot millia contrucidauit. 2. Qualis Eliam, 2. Reg. 10. quando quadringentos Baalitas interfici iussit, populi ad idololatriam seductores. Hi iuste zelati: iustus Dominus. Discant hinc & suescant Præsules sacri, è medio tollere scandala templi.

*Quæ res sunt
Simoniacæ.*

Sed & qui sunt vendentes? 1. An qui venundant sacros Ordines? Beneficia si-

psaque Sacramenta? Qui bona dissipant Ecclesiastica? 2. Qui canes palam, & caballos; clam lupas alunt & parasitos? O tempora! O Ecclesiarum carcinomata! *Ista eijcite imitatores Domini ac Zelatores pij.*

1. Obmutescat vox illa Iudæ in Ecclesia? Matth. 26. *Quid vultis mihi dare; & ego eum vobis tradam?* Hoccine in templo? Hæ furum, hæ latrunculorum, hæ crumenifecarum sunt nundinæ. 2. Quid? In Ecclesia, ex mensa Dominica, mensa fiet nummularia? O sacrilegia! 3. Quæ ne vel in profanissima gente tolerantur, ea ab Clero, in templo, pro officio sacro designantur? O nundinatores templarios! *Quod par, aut dignum istis Flagellum?*

II. Nec est hominum illa; sed asinorum nundinatio. 1. Dictum celebratur Philippi, & Regis Macedonum; locus inexpugnabilis nullus est; modo asinus auro onustus eum subire possit. Ita nullus est inimpetrabilis Episcopatus, Prioratus, &c. pecunia. 2. Vt acuta rem istetigisse videatur, qui dixit: *Beneficia equi currendo petunt, ac promerentur: sed asinus ea conferuntur.*

3. Quid, Magistrî, frangitis vos in doctrina? Omnia impetrat pecunia, & gratia. 4. Docet Theologia, prædestinationem sine vlla meritorum fieri præuisione. (Fas sit dicto: *Ista & hodie beneficiorum collationem fieri, docet experientia.* 5. Facessite igitur Theologi, de meritis disceptare: Beneficia dantur aulicis, & immeritis; & ad status fastum; non ad Dei cultus profectum.

Infeelices nummularij; non Ecclesiastici! Non intelligitis, emendo vos reddi inhabiles ad fructus digne percipiendos? Sed & ipse Dominus flagellum in vos vibrabit: vos eijciet, v. a. quo? *Nenerit negotiatio in domo Domini. Zach. 14.*

III. Exemplis moniti discite non diuendere

*Ab Deo
flagellati.*

*Exempla
Biblica.*

uendere sacra. 1. Balthazaris pater, *Dan. 5.* Salomonæum spoliavit vasis sacris: post, nec diu, filius spoliatur regno. 2. Giezi, 4. *Reg. 5.* clam ab Naaman accepit pecuniam: Sed & eiusdem lepram; hancque hereditariam. 3. Simon Magus, *Actor. 8.* Miraculorum empfitare vult ære gratiã: & mox perdit vitam. 4. Iudas, *Matth. 26.* vendit Dominum: & incurrit laqueum: perdit cum anima pretium, & cœlum: ruit ad orcum. 5. Ieroboam, 3. *Re. 13.* summum profanat Sacerdotium, ad id provehendo ineptos: & omnis eius posteritas deletur in perpetuum. Videtis vestrum exitum; qui istorum imitamini sacrilegium?

Historia. *III. 6.* Testis est Niceph. *Ecd. hist. l. 1. c. 33.* Constantinum iuniorem Imperatorem Sacerdotia vendere solitum; in phrensindemum incidisse, perisse. 7. Testis Martinus Polonus *l. 4. Chro.* Hildebrando in Galliam à Papa missio ad inquisitionem contra Simoniam exterminandam; obuennisse Episcopum Simoniacum; quo coemptos afferente testes, Legatus ait Apostolicus; mittamus humanum iudicium. Ad S. Spiritum hæc pertinet disceptatio; cuius beneficia sunt Ecclesiastica. Age, si canonicè sis electus Episcopus; canta nobis, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* Hic incessente animum metu orditur *Gloria Patri, & Filio:* at hic vox faucibus hæsit: tentat, retentat; versum perficere nequibat. Quia Simoniacus in S. Spiritum peccat. Estque qualis Esau, *Gen. 25.* venditor primogenitorum? quibus annexum erat Sacerdotium. Ita qui emunt beneficia, quique vendunt sua Sacerdotia.

8. Cambyfes, Rex Persarum, Iudici fatalitatis conuictio, pellem detrahit: tribunal ea obducit: filio Otani in exemplum, ut iusta decernat: *Herodot. l. 5.* Ita Exedras, quas occupatis in Choro, cathedras in E-

piscopio intueamini Simoniaci; adhuc calent à statione vestri similium: at qui iam decesserunt. Et cuius sunt, quæ corraferunt? Et quales olim fuere viri, quam sancti; qui easdem sedes exemplis, miraculis, aut sanguine sæpe suo obduxerunt? O templa quam dispari nunc clero incolimini?

Perora. Aut vos Zelatores pij eijcite hoc malum è medio vestri: aut Domine illostu eijce è templo sancto tuo. Sicut idololatram Ismaelem eiecit domo Abraham. *Ge. 25.* Et vt Iacob spoliavit Esau benedictione primogenituræ: ita illostu honore, & perfuntione Sacerdotij.

FERIA IV. POST DOMINICAM

I. Quadragesimæ.

Generatio praua, & adultera signum querit: & signum non dabitur ei, nisi Ione Prophetæ.

Matth. 2.

Pharao, *Exod. 7.* Moyli ab Deo se missum affirmanti, ait, *Ostende signa.* Ita hodierni Pharaones experiri cupientes, an Iesus esset Deus de Deo, aiunt: *Volumus à te signum videre.*

Nos circa idem

- I. De signis Dei, seu miraculis.
- II. De signo Ione, quod sit.
- III. De signis Catholicorum.
- IV. De signis Nouatorum.

PARS I.

De signis Dei, seu miraculis.

I. Nihil est in rerum natura, quo propius Deum velut inspicimus; quàm videre, quod vel præter consuetum, vel supra rerum ac naturæ ordinem contingit, qualia sunt miracula, & signa. 1. Væque scintilla excussim abfistetes sub ictu

fffff 2. fabrili,

Miraculū est Dei iudicium.

Exempla.

fabrili, certum dant ignis indicium: ita signa, Dei. 2. Sareptana vidua, 4. Regum 17. resuscitatum videns filium ait: *Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu; & Verbum Dei in ore tuo verum est.* Ita quis non diuinum quid cogitet, cum audit; Iosua. c. 10. a diuissum stetit solem: Matrem esse Virginem: Corpus solidum vndis ambulasse: Marc. 6. Fornacem, Dan. 3. nil vlsisse pueros tres.

Nam est solius Dei.

II Tu es Deus, qui facis mirabilia magna solus. Psalm. 135. Quia tu solus Dominus natura, & creatura. Potes quod hæ; & supra. 1. Valet natura edere monstra; quia potest deficere: at non miracula; quia suas nequit vires excedere. Ecclipses, tonitrua, fulgura, caumata, & chasmata cœli, maris Euripos, terræ monstra &c. defectus naturæ patientis sunt argumenta. 2. Et dæmones multa possunt & magna; sed naturæ turbamenta; aut ludibria; vera supra naturam nulla. Mirabilia valent: non miracula; qualia Iesus in Euangelio.

3. Hinc S. Augustinus libr. 4. de vilit. credendi. cap. 17. & lib. contra Epist. fund. ait, se vinculis miraculorum in Ecclesia detineri. 4. Rich. à S. Victor. libr. 1. de S. Trin. cap. 2. *Domine, si error est, quod credimus; à te decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis & prodigiis confirmata sunt; & talibus, que non nisi per te fieri possunt.* 4. Nam miraculum quid est, nisi testimonium Dei, & naturæ Domini? Est quod hodie à Iesu poscitur: *Magister, volumus à te signum videre.*

P A R S II.

De signo Iona, quod illud sit.

Signa petunt duplices Dei tentatores: I. Obdurati peccatores; gens mala & Hæretici; adultera. Nam vtrique sunt Imaeles eiecti, ancillæ filij; qui contractum in baptismo, cum casta Susanna Ec-

clesia, matrimonium polluant, cum Iena hæresi consuescentes.

Obdurati quidem peccatores, sententiam in se habentes damnationis, ac inde conterriti Deum tentant; vel, num verus ab eo penæ metus: vel an veniæ sit locus. 1. Ita iustus Iatro suæ iustificationis signum petiuit, esse in paradiso.

2. Cum autem ex profundo peccati emergere nemo queat, absque miraculo; ideo, quoties exire peccato quis cupit, miraculum poscit.

3. Lazarum, Ioann. 11. suscitari mirabantur, & iure omnes: at Magdalenam esse conuersam, pauciores; imo potiores etiam scandalizabantur: cum tamen huius conuersio miraculum maius; quam illius fuerit suscitatio. Quod enim in illo foetente, ligato, & c. factum corporaliter; id in anima peccatrice spiritaliter gerebatur maiori potentia, & bonitate placati Dei, quam ibi hominis extincti.

1. Miraculum: Iosua. 8. muros Iericho ad clangorem tubarum corruisse. Maius; ad vocem Sacerdotis vnicam dissolui muros peccatorum, quæ legi naturæ, Dei, rationi, conscientiæ oblittebant. 2. Quanta sunt patrata, ad vnum Pharaonem emolliendum. vt daret Deo locum? Quot fiunt conciones, exempla, inspirationes ante, quam peccator conuertatur: cum vel solo nutu ac verbo vel totus orbis fuerit conditus?

Quare euenit peccatoribus, quod Israelitis. Genes. 46. In Aegyptum descenderant, opinati triennio longius haud inibi se commoratos, at quadringentis annis hæserunt; mortuique sunt omnes, nec educti posteri, nisi in manu forti miraculorum, Exod. 9. & 14. Typus hic peccatorum est: Signum quærunt Tales.

II. Sed non dabitur eis, nisi Iona, id est, internum spiritale animæ; non externum naturæ. Nimirum, Penitentiam agite. 1. digni Dei.

Nec

Signum spon-
in peccatis.

Nec aliud Niniuitæ habuere, non Dauid, non Magdalena aliud. 2. Hoc pœnitentiæ signum à Deo poscere, necessarium est. Ita diffidentia signa non dantur impiis. Quales autem, proh! & quot hodie, qui tacite secum non credunt, vt Poeta canit,

Esse, esse
signum.

Esse aliquos Manes, & subterranea regna. Nam, vt Psalm. 13. Dixit insipiens in corde suo; non est Deus. Ore non id quidem audent: Reclamant enim omnes creaturæ: Psalm. 94. Quoniam Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Non credis esse tartarum, & pœnas inferorum? Huius signum postulas? Dabo, quod Isaias, cap. 7. Regi Achaz: Pete tibi signum à Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsum supra. Vide cœlo pulso extorres Angelos, inque abyssum relegatos. Audi clamantem, Luc. 16. Crucior in hac flamma. 3. Ecce absorptos humo Core, Dathan & Abiron. Numer. 16. 4. Ecce incendium Pentapoleos, Gen. 19.

Signum,
si prouidentia
Dei,
nutrientis
operis.

III. Sunt porro, qui de Dei addubitant prouidentia, quærunt signa; Psalm. 4. Quis ostendet nobis bona? Eritne vere Deus, qui Angelorum, hominum, inferorum gubernet prouincias? An casu, naturæ ue ista necessitate, seu quo fato fiunt omnia?

Dent. 32. Interroga patres tuos, & dicent tibi. Quæ? 1. Etiam, 3. Reg. 17. in deserto pastum à coruo. 2. Danielem, cap. 14. in leonum lacu abs Abacuc, in Babylonem translato ex Iudæa per Angelum.

3. Israelitarum sexcenties millia cibatorum manna in deserto annis 40. Exo. 16. Quadraginta annis proximus sui generationi huic. Psalm. 94. Et adhuc de prouidentia Dei dubitabis? 4. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea.

IV. Sed quid signis opas aliis? Ionæ ac-

cipite. 1. Is ventre, & mari conclusus, sperare tamen non desistit. Ion. 2. Ego dixi, abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum. 2. Nec in leonum lacu, Daniel cap. 14. Nec Genes. 39. Ioseph in carcere spem abiecit. Psalm. 36. Spera in Deo, & fac bonitatem. 1. Reg. 2. Ipse enim deducit ad inferos, & reducit. 3. Ipse, Matth. 27. Dominus vltima quæque passus, post triduum resurrexit in gloriam. Signum ecce Ionæ. 4. Dixit filia Sion, Isaias quadragesimo nono. Dereliquit me Dominus, Dominus oblitus est mei: At continuo subiunxit Dominus: Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum? Et si oblita fuerit; ego non obliuiscar tui. Iesu Tu altius nos animo impressos geris, quam corpori tuo tua vulnera; qui igitur obliuiscere nostri?

P A R S III.

De signis Catholicorum.

I. **E**Thæretici signa quærunt. Clamant; affirmatis Papistæ realem Christi in Eucharistia præsentiam: Lucæ 23. Non credam; nisi videro. Volumus a te signum videre. 1. Ita & vulpes olim Herodes sperans se signum aliquod videre: at hoc non factu, spreuit Iesum. 2. Ita & Iudæi, Matth. 27. Si filius Dei est, descendat de cruce, & credimus ei. 3. Ita & Sacramentarij, signum quærunt præsentia Eucharistica?

Dabo sextenta. Figuras V. T. Prophetias: Dicta, Facta Christi, Apostolorum, Ecclesiæ, SS. Patrum, Miracula, &c. Tantum, Ps. 118. reuelo oculos tuos, & dic, considerabo mirabilia de lege tua. Pertinaciam exue, crede, Psal. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus; Escaam dedit timentibus se.

Signa Eucharistica.

II. Occlamas? Nullum in Papatu miraculum editur amplius. Fac ita esse; neque do tamen. 1. Opus nego miraculis esse, tum Fide iam sic clarente: tum ante

Orthodoxis non opus est signis.

Fffff 3 signis

signis tot confirmata: tum hæreticis & obstinatis ad obfistendum veritati; vbi non erant ethnici. Quo his deteriores estis. 2. Centuriatores vestros consulite, ex sæculo in sæculum miracula enumerauerunt, ad vsque vndecimum, & tamen quo ijs facti sunt saniores? 3. Neque vero miracula fiunt ad fidem constabiliendâ; sed ad Dei potentiam & gloriam declarandam.

*Iona signū
eis sufficit.*

4. Adde, qualia sunt miracula ipsa Sacramenta? D. Thom. 1. 2. quæst. 1. 3. Iustificatio, & remissio peccatorum maximum opus Dei. Sed quia sunt ea quotidiana; minus accidunt admiranda. Iona igitur accipite signum. Sin', omnes similiter peribitis, vt Niniue perisset.

PARS IV.

De signis Nouatorum.

*Non missi
vtrūq;
heretici.*

1. **A**Tà vobis nos iam volumus signum videre, Caluiniani; Dicite, ait Tertul. libr. de præscript. hæres. Qui estis vos? Quando venistis? & vnde venistis? Quid facitis inter nos? Caluine, da signum Missionis tuæ. An id liliū est tergori inustum tuo? Esto?

*Similecorū
audacia.*

1. Nefas cuiquam iniussu Regis, aut terræ Domino non permittente in alieno Dominio militē conscribere, tuba, tympano que sonare. Et tu audes in Ecclesia? Quod das signum? Et quam fecem contrahis hominum qualium? Reus læsæ Maiestatis es: & Diuinæ quidem.

*Signa dent
necesse est.*

2. Dicis. At Non sufficit, ait Innocent. III. de hæres. cap. cum ex iniuncto: quod quisque dicat, se esse missum à Deo. Hoc enim omnes hæretici iactant. Sed oportet suam missionem probare per miracula. Quid aliunde venit, quam per ostium, & inconsueta profert paradoxa, is & inconsueta eda, opera necesse est. Nec enim dicta solum; sed facta fidem faciunt. Nos iam sueta diu, testataque docemus.

II. Elias Baalitis insuetam persuasurus, Exempla ne. 3. Reg. 18. orat, & ignis cœlo ruit, vorax omnium.

2. Deus legem daturus incognitam, insueta edit tonitrua, fulgura elidit: Exod. 18. Ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangor que buccinæ vehementius perstrepebat.

3. Moyse suam à Deo missionem in Aegyptum, quot signis attestabatur? Exo. 4. Nec ipsi Hebræi sar illi credidissent absque ijs, minus Aegyptij.

4. Daniele, c. 14. dono miraculorum Deus donauit, mirificeque seruaui in flammis, in bestiis: scilicet vt Senum par nequam conuinceret; & Dei veri seruū se condoceret

5. Iesus ipse sic venit, & docuit; vt dicere possit, Ioann. 10. Opera, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me.

6. Satan nosse auebat, verene DEVS esset IESVS; Matth. 4. tentans ait: Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant.

7. Ad Iesum venientibus sciscitatum, Matth. 11. Tu es qui venturus es; an alium expectamus? Respondetur: Ite, dicite Ioanni: Cæci vident; claudi, &c. Proba hæc vel ipsi Iesu necessaria fuit: quanto magis Caluino?

III. Tertullianus libr. de præscript. hæret. requirit à Gnosticis ita: Pro bent, se nos Apostolos esse. Volo virtutem eorum qua Apostolos in peruersum emulantur. Illic enim de mortuis suscitant: isti de viuis mortuos faciunt. Præ sagisti, Tertulliane, Caluini miracula; qui nec viuū nouerat suscitare; at reddere mortuum poterat infœlix veterator.

*Miracula
hæreticorū
qualia.
1. Vniuersi
cider.*

2. Audite de fæce vestra Erasmm in diatriba sua de liber. arbitr. Non credebatur Apostolis, nisi miraculis fidem astruissent doctrina: nunc quilibet sibi postulat credi, quod affirmat se habere spiritum Evangelii.

*2. Nec quō
sant.*

angelicum. Apostoli quoniam excutiebant vi-
peras, sanabant egros, excitabant mortuos;
ita demum creditum est paradoxa docentibus.
Nunc cum iuxta communem opinionem asse-
rant pene paradoxo, nullus adhuc illorum
existit, qui velegum claudum sanare potue-
rit.

3. Lutherus in Psalm. 44. ita se pur-
gat. Obiiciunt Papista, fidem me meam, &
doctrinam miraculis non confirmasse. Quibus
respondeo; hoc maximum esse miraculum,
& maius miraculis vnquam factis; quod do-
ctrina mea tam brevi tempore sine vilo mira-
culo se dilatauerit. O frontem! Tantum
hoc miraculi habet, quantum lapides deorsum
tendere: aiebat olim Thomas Morus
Angliae Cancell. Nam in mala pronina-
tura, fiunt tua proniores doctrina, Lu-
there, &c.

4. Callista, Atheniensis lupa, pellectis
plerisque Philosophiae studiosis, aiebat
Socrati. Ecqui fit, quod omisso ludo ac
magistro me se sententur adolentes tor;
nec item te? Cui ille. Tu ad voluptates decli-
nia, ego ad virtutis ardua traho. Mahometis
vox erat: Christus fidem miraculis stabiluit:
ego armis: At vos haeretici, Voluptatibus ac
lientis.

Sed quid vel nos ab iis signa exquiri-
mus, cum esse pseudopphetas plus lu-
ce constet: vel à nobis ipsos requirere
audimus, cum nec Christi fat credant
miraculis? Face site pestes.

Perora. Ergo signum Ionæ quærat
ac vsurpetur vtrisque peccatoribus, &
haereticis. Nam tu, Domine, non vis mor-
tem peccatoris: sed magis vt conuer-
tatur ac viuat. E-
zech. 33.

* *
*

FERIA V. POST DOMINI-
cam I. quadragesimæ.

Vt infra Sabbato.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum,
& Ioannem in montem excelsum seor-
sum, & transfiguratus est an-
te eos. Luc. 9.

Moyses descendens è monte, legem
acceptam promulgaturus ad popu-
lum, ita vultu resplenduit; vt populus
sustinere oculis non posset. Ita Iesus è
cælo descendens, vt se Dei Filium publi-
cetur, cum lege gratiæ; resplenduit hodie
transfiguratus.

Super quo nos

- I. De cælesti Beatitudine.
- II. De Transfigurato, eiusque partibus per
Figuras declaratis.
- III. De Transfiguratione Similibus decla-
rata.
- IV. De cælesti altitudine.

PARS I.

De cælesti beatitudine.

I. Quid beatitudo? 1. Dico cum Simo-
nide Philosopho; qui Hieronity-
ranno Syracusano sciscitanti, Quid esset
Deus: cogitanti triduum postulauit: dein
plus; iterumque amplius: demum re-
spondit. Quanto considero amplius: tanto
mihi res videtur obscurior. 2. Certe Aug. in
sermon. quodam inquit: Excedit faculta-
tem eloquentia mea, transcendit capacitatem
intelligentia mea illud decus, illa gloria, illa cel-
situdo 3. Chrysostomus, Orat. de rep. sap.
Effugit omnem sermonem, atque omnem sen-
sum humana mentis gloria illa & magnificen-
tia. 4. Apostolus 2. Corin. 2. Nec oculus
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis a-
scendit, qua Deus preparauit diligentibus se.

Atque

2. Admi-
randa.

Atque ut duo Cherubini Exod. 25. cum stupore, passis alis Propitiatorium intuebantur: ita stupere contingit beatitudinem contemplantibus & hominibus, & Angelis. Tanta enim est, ut neget D. Thomas, Deum quicquam maius condere posse. Nam ipse est ea ipsa.

3. Summe
amanda.

II. Quid de hoc dixisses, M. Tulli, qui de virtute affirmabas; tantam eius esse pulchritudinem, ut si oculis cerni posset, admirabiles sui amores exciaturus foret?

4. Deopro
ca seruand.

Jacob forma Rebeckæ adeo captus fuit, ut viderentur illi pauci dies seruitutis suæ, præ amoris magnitudine. O nos si vel umbram beatitudinis caperemus; quam nos Dei seruitio impense dederemus?

5. Pugnand.

Visa Juditha speciosissima ministri Holofernis aiebat: Judith. cap. 10. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras habet mulieres: ut non merito pro eis pugnare debeamus?* Hæc militis Christiani vox esto, parati omnia perpeti pro cœlesti Juditha.

6. Perferenda
omnia.

Caleb, Num. 17. sexcentorum millium Dux virorum, ut hos ad terram promissam animose inuadendam incenderet, botrum vnum, fertilitatis specimen eis ostendit. Hic vero mox omnes, *Ascendamus, aiunt, & possideamus terram illam.* O si aliquem gustatum supernæ gloriæ subinde perciperemus animis; quo non zelo cœlum inuaderemus, & vel violenti id raperemus? Quo passu, vel cursu deseruimus hoc mundi, ac mare rubrum peruaderemus? Qua & fuga, & pugna uteremur aduersus Pharaones tres Aegyptios Carnem, dæmon. Mundum? Præuideamus igitur mente cœlestium felicitatem; cuius radium vidit in Thabor Petrus, & dixit: *Domine, bonum est nos hic esse.*

* *

PARS II.

De Transfigurato, eiusque partibus, Anima beata, & Corpore passibili, per Figuras declaratis.

I. **M**oyses, Exod. 3. rubum vidit ardentem, & incombustum: Eliam, 4. Reg. 2. vidit Elifæus curru igneo sublimem asportari. Vtrique figura est Transfigurati; cui & vterque adfuerit. Rubus est mortale corpus; ardor erat gloriæ splendor & immortalitatis, qua mortale induebatur: imago futuri status nostri. O si curru isto gloriæ sæpius nos rapi contingeret in cœlestium consideratione positos; quam cito & terrena fastidiremus; & anima quanto splendore conuelleretur?

Sed, qui iam emicare splendor in Christo vnus est, beatitudinis erat: qua quidem anima eius, parte sui superiore, sæper fruebatur, ob vnionem hypostaticam: non tamen corpus. Nam hoc ad patientium assumserat: atqui

Non est conueniens luctibus ille color gloriæ

II. Sicut, 1. Reg. 17. induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam arcam super caput eius, vestiuit eum lorica. Dixitque David ad Saul: *Non possum sic incedere: & deposuit ea & tulit baculum suum.* Ita Dominus in corpore glorioso nec pati, nec vincere potuisset: itaque soli animæ indulgit gloriæ fruitionem; corpori detraxit; idque in habitu pastoritio nostro in arenam pugnae produxit. Qualis 3. Reg. 22. Rex Israel habitu mutato in aciem descendebat.

2. Ratio. Quia, ut omne Samsonis robur in crinibus eius consistebat: ipse teste: Iud. 16. *Sirafum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ceteri homines.* Ita fundamentum passionis ac meriti in humana fragilitate con-

confistebat. Ergo oportebat caput hoc nouacula passionis radi, atque tum glorificari. Cæteroquin nequiuissimus saluari. Nam Passio eius, non glorificatio saluos nos fecit.

Aqua
maris &
Iordanis
fontes
varijum.

3. Itaque, *Iosu. 3.* Arca fœderis Iordanem intravit; Christus Passionem, vel corpus patibile; vt in promissionem terram Israelitæ Fideles introducerentur: & steterunt aquæ descendentes in vno loco, & ad instar montis intumescens apparebant: id est allegoricis; visio gloriæ beatifica in parte animæ superiore constitit. Quæ autem inferiores erant, corporis passibilis, in mare passionis descendebant.

Fontes
Iordanis.

4. Holofernes Bethuliam obsidens, quo citius expugnaret, Iudith. 7. constituit per gyrum ceterarios, per fontes singulos, & incidi precepit aqueductum eorum. Ita Dei Filius factus homo, gloriæ fontes obsedit & obstruxit, ne in corpus deflueret, natum passioni: quo expugnaret carnem, mundum, dæmonem, cælum. Sic & Rex Ezechias, 2. *Paral. 32.* obturauit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad occidentem vrbs David. Ita, ait Aug. Epist. 36. & D. Tho. p. 3. q. 45. a. 7. dispensatione quadam diuina factum est, quod gloria animæ non redundaret in corpus: Vt in corpore passibili nostræ redemptionis expleretur mysterium.

PARS III.

De Transfiguratione similibus declarata.

Figura
de transi-
gurationis.

1. SE tamen hodie Beatitudinis illud mare seffudit in corpus, vnde suspendebatur iam diu: quo per id nos ex mundi Aegypto traduceremur. Nam Dei virtute per Vnum Hominem liberatus est omnis homo. 1. Itaque hodie illud mare rubrum suspensum rediit ad debitum cursum. *Exo. 14.* 2. Hodie sol gloriæ, *Ios. 10.* qui stetit in axe iussu Iosue; cursu iur suo ad-

usque antipodes corporis Iesu. 3. Hodie eclipsis illa quæ tribus & triginta annis iam durarat, exiit; solque gloriæ per corpus transparuit.

Miraculum nemo non diceret, si videret sol inclusus per id tamen non tra-
luceret. Ita, quod annis tot gloria diuina in Corpore Iesu non resplenduit; miraculum est: Quod tamen in mortali corpore se immortalitatis gloria ostendat, & ipsum hoc miraculum est.

Miraculo-
sa fuit. Si-
mile.

II. Magis id igitur veneremur, quam perscrutemur: & psallamus ei, *Ps. 103.* Dominus regnauit, decorem indutus est. Quoniã
Cant. 5. Ecce dilectus tuus, & Ecclesia sponsa, candidus & rubicundus, electus ex millibus. Nam per aquas fontium est Iosue, id est, ait hæreticus transformatus est: Vah! at Catholicus, transfiguratus est: Rectius: nam figura solum exterior, non substantialis forma mutationem accepit.

Admiran-
da & veno-
randa est.

1. Diuinus es Chamæleon, Iesu, omnem refert colorem: Diuinitatis in anima: paupertatis in mundo: infirmitatis in corpore, humilitatis in cruce. In cælo gloriosus, in Sacramento adorandus, ac vescendus. 2. Phyci aiunt, materiam primam in potentia esse ad formas omnes. *Arist. 1. Phys. c. 5.* Vere corpus Christi est materia prima, omnis formæ capax. Nam *Heb. 1.* Est figura substantiæ Patris. Et *Philip. 2.* Est formam serui accipiens. Et in Thabor formam habet gloriosi; latronis in cruce: victoris in inferno, & in resurrectione: triumphatoris in ascensione; Iudicis ad dexteram Patris; Agni, ac mannae in ara.

Omnifor-
mis Chri-
stus fuit.

3. Itidem recte Plato matrem admirationis, & ornamentum cæli appellauit. Et *Salomon Ecclesiast. 43.* Vide arcum in cælo, cum suo splendore mirabili: & benedic, qui illum fecit. Est ea quinque color; vt, fulua, viridis, crocea, lutea, & hiacynthina: At quanto in Thabor relucet Iris diuini?

Ggggg

Quot

Quot in vna colores ac formæ ? Tot, quot Attributa Dei, Sol Diuinitatis autem in nubem corporis irradians efficit eandem.

Scitum simile transfigurati.

III. Sol & luna hic in monte steterunt: à sole luna splendorem, à Diuinitate gloriam accepit Humanitas, *pulchra vt luna: electa vt sol:* propter hypostasim.

1. Vere est vt luna, causans in mari stuxus ac refluxus, gratiarum scilicet in Sacramentis. Luna crescens, in gremio; media in templo duodennis, plena, in prædicatione: decrescens, in Passione: inde se renouans in resurrectione. 2. Ad hæc tempestatum est nuncia. Nam

Pallida luna pluit; rubicunda flat; alba seruat.

Pallens, in Oliueto proximam minabatur tempestatem passionis: Rubens, à flagellatione indicat conclamationem statulentam *Crucifige, Tolle.* Alba in resurrectione gloriam nostram repræsentat: vti & in transfiguratione.

Thabor & Caluaria collatio per disparata.

Sed ab hac quam dispar tua Passio? Vtraq; in monte. Hic gloria, ibi opprobriis saturatum video. Hic inter prophetas, illic inter latrones: Hic in fulgore, ibi in tenebris, & ærumnis. Hic discipuli adherent, illic fugiunt. Hic de excessu loqueris, ibi pateris in excessu, &c.

PARS IV.

De cœlesti beatitudine.

Nil hic satiat animâ Exempli.

Hic tamen, quod degustauit Petrus, gutta fuit beatitudinis. Exclamat proin: *Bonum est nos hic &c.* Hic Domine torrente voluptatis tue potabis eos. Psal. 35. Et vero in cœlis quis, quantusque torrens? Prorsus *inebriabuntur ab vbertate domus tue.*

1. Huc aspirans ait Psal. 16. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua,* quasi dicat: Nulla hic res satiat. Omnia adsunt mihi: sed in vno illo cum sint omnia, hocq; desit mihi, desunt omnia: ideo *satiabor.* Et omnia illa

nihil sunt. Quo, quo, Rex, quo tendis? Summa habes omnia in terris: & velut inanis omnium, sitis alia? & Bene!

2. Male Alex. Magne, teste *Platarcho*, audiens à stolido Philosopho plures esse mundos: stolide illacrymaris; te vno hoc subactò, ceteros nescire; min⁹ possidere. Ergo alium quæris orbem delibandum. Huc aspira, quo Dauid. Hic orbis, & orbis, & omnia. Nihil hic exsatiat mentem: veluti

Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis.

3. Ertu Auguste Caesar, orbis Monarcha, quib. curis noctes in somnes trahis? Habes omnia; & angeris? Nesciebat mēs quid deesset; & sibi deesse sentiebat. At nos id scimus: nec affectamus idem. Viuine sumus mortui: an viuimus?

Suetonio teste.

Adad Iudæus, & Regibus ortus, exul in Aegypto degebat: 3. Reg. 11. Primuserat Regi, in aula beatus ab omni fortuna; Regina sororem Rex ei dederat vxorē: & tamen inquietus animo, ardebat patriæ desiderio: Iudæam suspirabat: ab Rege se, & Aegypto absolui petebat, dimittiq; in patriam. Is animæ viua est imago Paulinæ: *quæ dissolui cupit, & esse cum Christo.* Quid enim Christianam satiare potest animam, præter beatitudinem? Quot in orbe hoc sunt illi tædium afferentia?

Figura.

II. Clamat. *Bonum est nos hic esse.* 1. In felices animæ inferg. *malum est vos ibi, & hic, esse.* & vbi vbi esse. Vbique vobis dolor, furor, desperatio, &c. 2. Petre quanta videbas? Ideo recte dicebas, *Bonum est nos hic esse,* verum tamen illud *bonum hic esse breue erat:* Nobisne dicam? *malum est hic esse in mundo, carne. Cupio idcirco dissolui, & esse cum Christo.*

Bonum hic esse.

3. Petre, oculi tui grauiti erant somno; nesciebas, quid diceres. *Itud hic per breue est ac momentaneum:* at nos æternum expectamus.

4. Hic Tob. 1. *Quale gaudium mihi erit, qui*

PARS

Parænesis de Misericordia Dei.

qui lumen cæli non video? Hic Gen. 49. Iosephitum sum in carcere: Daniele, Dan. 14. in lacu leonum: Pueri in fornace chaldaica: Dan. 2. Ionæ in ventre, Israelitæ Exo. 14. in medio mari rubro: Et tamen dicere possumus: Bonum est nos hic esse.

Imo purgantes animæ, quantisuis in cruciatibus sint; quia tamen in gratia; dicere queunt: Bonum est nos hic esse. Certe namque beatitudinis degunt.

III. Cœlites vero, videntes & habentes in Deo omnia, de eodem sibi applaudunt Bono. 1. Regina Saba, 3. Reg. 10. visa Salomonis magnificentia, exclamabat: Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper. At vero, Pl. 87. Beati, qui habitant in domo tua Domine. Id est, aiunt Theologi, in Essentia Dei: In ea omnes thesauri sapientie, & scientia Dei reconditi sunt. ex ea orbis & omnia sunt progressa. Gloria & diuinitas in domo eius.

2. Si Esther, cap. 4. cubiculum ingressa Assueri, visa regij vultus maiestate, concidit semianimis. Si Israelitæ, Exod. 10. viso manna admirati aiunt: Quid hoc? Quid anima Deum intuens? Quanta absorbebitur admiratione? Quali immutabitur transfiguratione?

FERIA VI. POST DOMINICAM
I. Quadragesima.

Est autem Ierosolymis Probativa piscina. Ioan. 5.

Miraculum! Naaman Syrus, 4. Reg. 5. iussu Elisæi in Iordane lauat, & à lepra sanatur. Maius: Paralyticum, annis 30. ad Probativam frustra excubum, ad solum Christi iustum per sanari.

Nos super eodem

- I. Parænesis de Misericordia Dei.
- II. De Probativa piscina.
- III. De porticibus quinque pauca.
- IV. De paralytico ipso.

1. Dignum cythara Dauidica diuinæ Misericordie laudis argumentum Misericordia. dia Dei sit. Psalm. 88. Misericordias Domini in æternum per omnia opera eius. cantabo. 1. Illa namque Attributionum Dei facile princeps est: Psalm. 32 Misericordia Domini plena est terra: Quin & infra terram, purgatorium: & infernus quoque, ipsumque cœlum. Nam damnatorum peccata infra condignum puniuntur: & merita iustorum supra cōdignum remunerantur.

2. Omnia debemus, ob creationem nostri: at Misericordie plura, ob conseruationem. Quia ista semel dedit Esse: ast hæc conseruat id semper. Ad hæc eius causa, vt ei optime esset, Ipse de cœlo descendit medicus nostræ paralytios. Quo magis, Psal. 109. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.

II. Maximi ducebat Tobias cap. 4. & 6. vnus è septem præcipuis Angeli ad demissionem, eiusq. beneficia præstita sibi ac patri: vt parem remunerationem scirent omnino nullam. At demum vbi cognouit esse Angelum, non hominè; Tob. 12. cecidit super terram in faciem præ pauore. Quid nos; ad quos Dei Filius demissus est; tantaque sanandis nobis præstitit?

2. Magnus amor Dei in Ezechiam Regem egrum: cui mittebat Isaiam Deus nuncium & sanitatis recipendæ, & vitæ annis xv. prorogandæ. In signum, reduxit umbram per lineas decem gradibus in horologio. 4. Regum 20. Isa. 38. Genus humanum, ægrum, imo mortuum iacebat, iamque extinguendum? Ipse, Ipse venit: id conseruat: vitamque ei prorogat in æuiternitatem beatam. In signum, Sol Iesus decem gradibus descendit, infra nouem choros Angelorum, infraque homines ad crucis signominiam, ac mor-

Ggggg 2 tis.3.

ris. 3. Testis misericordiae, tanquam praedicatae satis, hic paralyticus est.

PARS II.

De probatica piscina.

Quid Probatica.

I. Stagnum in medio Solymae ouium victimis abluendis seruiebat: unde quasi ouium piscina dictum est. Circum id quinque porticus, agrorum plena, expectatum quis primus ad aquae motum Angelicum se in eam demergeret.

Significat Pœnitentiam. Figura id docent.

Figura hæc baptismi: Et luculentior pœnitentiae. Quae mouetur ab Angelo Testamenti, Malac. 3. Ipso Iesu: ad sanandos quoscunque. De ea Psalm. 50. Lauabis me, & super niuem dealbabor. 1. Hæ aquae illæ, de quibus Gen. 2. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. 2. Est diluuium gratiarum, Gen. 8. cui Arca Ecclesiae innatat, & pauculas orbis reliquias morti eripit.

3. Est aqua è Christilatre profluens. Ioann. 19. 4. Est mare rubrum dans siccum transitum Israelitis: Aegyptios submergens. Exod. 14. Beati qui, Psalm. 73. Conquassatus capta draconum in aquis hisee. 5. Est ea Euripus, quotidie septies fluens ac refluxus, Melateste: auferens peccata septem mortalia: afferens septem S. Spiritus dona. Expertus Euripum hunc canit Psalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi.

Fons & aqua miranda. Pœnitentia. 1. Delet peccata, Charismata dat.

II. Hæc aqua habet vna, quicquid virtutum vllis vsquam inesse aquis legitur. 1. Augustinus, 12. ciuit. 3. in Albano esse fontem prodit; cui intinctæ faces accensæ extinguntur: extinctæ, si immerferis, accenduntur. In fonte pœnitentiæ extinguntur peccata; accenduntur virtutes; redditur vita operibus mortificatis. Nam Mortui non laudabunt te Domine, &c.

2. Charitate absumit affectus.

2. Plinius l. 2. cap. 103. ait, in Sclauonia fontem esse, qui iniecta lini, panni, &c. frustra comburat. Pœnitentia ardet charitate; frustra & reliquias concupiscen-

tiae & affectuum prauorum comburit. Cyprianus serm. de Pœn. Pœnitenti respuit auaritiam, horret luxuriam, fugat furorem, format amorem, calcat superbiam, continet linguam, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam.

3. Lyncestius amnis in Macedonia acriculus est: Quem quicumque parum moderato gutture traxit; Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset. Ita acidula pœnitentia est, Gregor. 4. Mor. cap. 22. Blandimenta culpa non secura quies foueat: sed sciens amaritudo pœnitentiæ irrumpat. Aug. 1. de pœn. Pœnitens semper doleat: semper coram Domino erubescat: & dolorem cum vita finiat.

4. In Bœotia duo fontes sunt; alter potus, auget memoriam; adimit alter. Pœnitentia peccatorum memoriam damnificam extinguit; auget viuificam, detestatricem præteritorum. Psalm. 38. Cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Eadem iniuriarum præcipue delet memoriam. Exemplum esto ipse: Auctor pœnitentiæ, Luc. 24. Exeuntibus in Emaus quærit; quæ hisce diebus Ierosolymis accidissent. Adeo pœnitens, ac satisfaciens pro nobis, omnium oblitus erat.

5. Est in Sicilia fluuius, qui potus acuit ingenium: dictus ideo, i. mens. Et pœnitentia intellectum dat paruulis, ad cauendum commissa, & sectanda bona omiffa.

6. In Phrygia, ait Plinius l. 3. cap. 2. fons est, qui potus lacrymas ciet: alius risum. Ita pœnitentia, est risum. Psalm. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die: ac nocte. Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.

7. In Aethyopia fons est rubeus, qui vel gustatus gustu priuat. Pœnitentia gustum rerum carnis, mundi, &c. detrahit. Col. 5. Quæ super caelos sunt, sapite: non quæ super terram.

8. Non

8. Non procul à Frisia fons est, qui haustus excutit dentes. Malo suo didicit Cæs. Germanici exercitus. Ita Climacus ait Gradu 19. *Vera germaneque poenitentia certum argumentum est obliuio iniuriarū. Ergo excutit dentes detractionis, blasphemiarum, &c.*

9. Sunt aquæ, in quibus ligna lapidescunt. In mare rubrum si oliuæ arboresque aliæ etiam virentes iniiciantur, continuo lapidescunt. Poenitentia animos delictis virentes indurat robore fortitudinis.

10. Rhodanus tanto ruit impetu, vt lacum Lemannum transiens suas cum huius aquis non misceat. Item in America fluuius, dictus Argenteus, ad 40. leucas per mare ruens cursum tenet, aquasque & dulcedinem natiuam; nil ab falsugine marina corruptus. Rapidior vis Poenitentia est. Facit re homines mundi mare medium; nec ab hoc tamen inficit.

Cūctis aquis aqua potentior *ego Salix*: morbis valet sanandis omnibus. At quæ illa, potentior est Poenitentia aqua. Hæc Paralyticus est confanatus.

PARS III.

De porticibus quinque pauca.

I. **D**omine asperges & me hyssopo, & mundabor.

Hyssopus locis crescit lapidosis; multis apta morbis curandis. Ita & gaudet poenitentia duris; sanatque omnia. *1. Leu.*

14. Leprosus mundandus iuebatur aspergi septies hyssopo; in immolati passeris sanguine tincta. Christus est *passer solitarius in tecto*; & immolatus. In eius sanguine poenitentia hyssopo tincta asperge peccata mortalia, & mundabere à lepra. *2. Leu. 4.* Iubetur Sacerdos septena aspergine vitulini sanguinis animam mundare: tu cor hyssopina aspergione. At vero & hyssopus, & Probatiana nihil

sunt ad nostram Poenitentiam collata. Quantum ad lucem vmbra.

Sed quid est: plurimos circum Probatiam excubare ægros; & vnum hunc ex omnibus à Domino restitui? An, *Matt. vnus.*

20. quod *multi sunt vocati ad probaticam poenitentiam; pauci vero electi*? Quot hominum myriades erant tempore diluuii, *Gen. 7.* & tamen octo tantum animæ saluabantur? An non sexies centena millia hominum, qui armis apti gerendis erant, ex Aegypto educti; & solum ex iis duo in terram promissam introducti sunt? *Num. 1.*

Quinque porticus: an sensus quinque *Qua porticibus* denotant, hospitalia agrorum inibi commorantium? id est, actuum vanitatis varia? Quot agri vanique actus oculorum; aurum? &c. 2. An vero designant habitus animæ quinos? Vt Artem, Prudentiam, Scientiam, Sapientiam, Intelligentiam. In porticu artis iacent agri mechanici. Prudentia; Magistratus, Senatores, Consilarii, &c. In Scientia; Theologi, Philosophi, Concionatores, &c. In Sapientia; Religiosi. Sub porticu Intelligentia iacent cuiusque status, ætatis, conditionis homines, rationis vsu pollentes.

PARS IV.

De Paralytico ipso.

I. **G**enus humanum, quater millenis annis paralyticum, expectauit motum Passionis Dominicæ; vt sanaretur. Paralyti originali ignorantia laborabat in intellectu; malitia, in voluntate; fragilitatis in appetitibus: inutile ad quouis opus meritorium. *1. Vt arbor tacta semel fulmine, nec fructus nec folia profert: Ita anima; 2. Similis ficui maledictæ, Dei. Luc. 10.* Ita Adam arbor prima.

3. Similis hæmorrhoidis, *Matt. 9.* quæ facultates omnes perdidit; nec tamen sa-

Genus humanum paralyticum.

1. Ob peccatum origin.

2. Ob maledictionem Dei.

3. Ob naturam exhaustam.

Gggg 3

nita-

nitatem recepit. Ita homini debilitata natura, & perdita gratia fuit, & merita nulla prouenire. 4. Vtq; Philistæi quondam, *Iud. 16.* Samsoni ademere vires, oculos, libertatem: ita peccatum despoliauit hominem, & molendinario similem fecit iumento.

O cladem! Horrendum est incidere in manus cum Dei viuentis, tum peccati occidentis. Incidit homo: paralyticus fit: is descendit, cuius vocabitur nomen magni Consilii Angelus, *II. 9.* iuxta *70.* & suum paralyticum in probatam iniicit poenitentia & Passionis suæ.

Soli Deo sanabilem. Hac vt *Septemplex ostia Nili* aquis totam irrigant quotannis Aegyptum, ac fecundant: ita Ecclesiam septemplex gratia Sacramentorum Iesus. Secundum *Pl. 45. F. lumen in petra latificat Ciuitatē Dei.*

Et quidem Homini Deo, id est Christo. Diu ante dicebatur: *No habeo hominem.* Quid igitur Patriarchæ, Prophetæ, Dauides, Angeli quoque: nihil hi potuere, nec ausi? Nec vel seipsos curare quibant. Eum expecto, qui demum ostendatur, *Ecce homo.* Hic solus potens, & non est alius sanandis nobis. Sine Deo excidimus sanitate gratia: at sine Deo ad eam reuerti nequimus. *Jonas, ca. 8.* nunquam è ventre ceti redditus fuisset luci; ni miraculum accessisset Dei; Sic gratia proueniens necessaria peccatori est. Quoniam: *Deus prior dilexit nos.*

Per gratiā prouenientem. 1. Prius gallus moentis Dei cantauit *Matt. 27.* quam Petrus exeat peccato. 2. Magos stella antecedebar: *Matth. 2.* Sicque fecuti adorauerunt eum. 3. Et *Matth. 28.* Mariæ tres venerunt admonumentum: sed prius orto iam sole. 4. Docent Philosophi, ccelos ab Angelis, non à seipsis moueri. *Quicquid enim mouetur, ab alio mouetur.* ait *Aristot. 7. & 8. Phys.* Ita ad poenitentia à Deo: *In ipso enim viuimus, mouemur: & sumus. Act. 17. 5.* Nec ad Iesum paralyticus venit; sed ad eum Iesus: qui dixit ei, *Surge à peccato, & ambula in gratia.*

SABBATO POST DOMINICAM
I. Quadragesimæ.

Et transfiguratus est ante eos.

Matt. 17. Luc. 9.

Vt supra Feria V.

Ioseph, *Gen. 39. & 41.* post venditionē; post sollicitationem Putipharæ; post perpeffos carceres: par Regi euehitur purpuratus, curru vectus regio; pracone prodromo: & eo gloriofior nemo. Ita Iesus post perpeffa ab pharisæis plurima opprobria, hodie à Patre glorificatur.

Nos circa idem

- I. De prænio Glorie cœlestis.
- II. De Transfiguratione quintuplicate.
- III. De Domini splendore solari.
- IV. De sermone in monte.

PARS I.

De prænio glorie cœlestis.

I Phicrates, Dux Athen. suos accende-
bat in prælium re nulla, nisi spe præ-
da. teste *Plutarch.* Ita Dominus, *Matth. 5.*
Gaudete & exultate: quoniam merces vestra
copiosa est in cœlis, quali dicat, pro hac pugna.
Neque sunt condigne passionis huius
temporis ad futuram gloriamque reuelabitur
in vobis. *Rom. 8.*

Istius David certus erat ante, quam *Figura.*
cum Goliatho confereret, *1. Reg. 17.* Qui
percussit Philistæum hunc, dabit eum Rex
diuitis magnis, & filiam suam dabit ei. Quot-
que Deus promissa dedit iis, à quibus re-
gnum cœlorum vim patietur, vt violenti rapiat
illud? Præterquam, quod eodem nos
inuitat natura, vocant exempla: iussa Dei
impellunt.

Quid, quod plures ex altera ea vita
ad nos venerint, qui ea de gloria nuncia-
runt nobis? Vt Angeli agentes cum A-
brahâ, *Gen. 18.* Loth, *Gen. 19.* Iac ob *Gen. 32:*

Tobia

Tobia, cap. 12. Maria, Luc. 1. Paulus quæ vidit & audiuit, 1. Cor. 2. Lazarus, Ioan. 2. tri-duo hæsit in altera vita. Ioannes ibi suas Apocalypses accepit, c. 1. & 23. Inde à summo cælo egressio Christi Psalm. 18. Israelitæ non credebant terræ promissam fertilitatem; donec exploratores specimen eius botrum attulissent, Num. 13. Nobis item gloriæ futuræ specimen hodie exhibuit Iesus.

P A R S II.

Detransfiguratione multiplici.

I. Cuius hic videmus gloriam transfigurati? Illius, qui Luc. 2. Vagit in præsepio, qui Matt. 17. esurit in deserto, tentatus, & circumuectatus à dæmonio. Ometamorphosin! Ergo.

In noua fert animus mutat as dicere formas,
proferreque Transfigurationis Figuras.
1. Ionathas, 1. Reg. 18. expoliavit se tunica, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua. Sic filius Regis conuestiunt pastorem, Ita Deus hominem in Christo hodie, post deumctum Satanam, Psalm. 103. *Amictus lumine sicut vestimento.* 2. Mardocheus, Esth. 8. in sacco, fletu, ieiunio, oratione se affligens, rebus post breui mutatis; de palatio. & cōspectu Regis egrediens fulgebat vestibus regis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio, & purpureo. Tahs IESVS in deserto prius; & nunc in Thabor, decorem indutus est. 3. Arca fœderis dum inter Philistæos in deserto moratur, vilibus operta pellibus est, 1. Par. 5. At in salomonæum inuecta, iam auro uestita refulget. Ita & Transfiguratus est.

II. Quina Christi facta transfiguratio est. Prima. In vtero B. V. non conuersione; sed assumptione Humanitatis, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo Philip. 2. Qualis Iacob fratrem e-mentitus, Gen. 27. ei benedictionem præripuit. Ita Iesus, ut nobis benedictionem

Patris obtineret, formam serui accepit. Phil. 2. Cum tamen esset splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris Hebr. 2.

Secunda. In Eucharistia, realiter per 2. Trans-Transubstantiationem; accidentaliter substantia.

per transfigurationem manentibus solis speciebus absque subiecto substantiæ, & apparente Iesu sub speciebus. Tertia. In 3. Passa-Cruce moriens. Isa. 53. *Vidimus eum, & non erat aspectus: & nos putauimus eum quasi leprosum.*

Quarta. Post resurrectionē gloriosā, iā visibilis, mox inuisibilis, sēper impassibilis; qui tanta exaltat patiens. *Quinta.* In 5. Præsens Thabor. Psalm. 88. *Thabor & Hermon in nomi-ne tuo exultabunt: vbi legationis suæ maiestatem declarat apertis velut Parentibus. Quibus visis Cœlites, hominesque Veteris ac Noui Test. exultarunt, Prophetis & Apostolis præsentibus. Quam bonum erat eis hic esse?*

Pro in montes exaltabunt à conspectu tuo Iesu, qui in Thabor transfiguraris. in Hermon, teste Euthymio in Psalm. 88. satiasti 5000. hominum panibus 5. & 2. piscibus. Vbi & resurrectionē filii viduæ de Naim vult idem accidisse. Naim enim in pede Thabor sita est.

P A R S III.

De Domini splendore solari.

I. Fœlix Thabor in montibus? 1. Mons Sinai quassatus tonitru, & fulgure, ac terroribus. Exod. 19. 2. Mons Oliueti fustibus, gladiis, armis, & proditione factus infamis est, an nobilis? 3. Mons item Caluaria per Cruces, latrones, &c. At Thabor diuino fulgore conspicuus. Nam resplenduit facies eius sicut Sol. Et vero quid Sol cœli, ad solem hunc Dei? Maius lumen obfuscatur minus.

In sole quatuor admiranda. *Lumen;* Solis quantum orbis terrarum. *Celeritas,* siue agilitas, qua quot horis decurrit quatuor & viginti millia miliarium cœli diametralium,

trahunt : quæ multo longiora quam terrestria. *Subtilitas*, transparens omnia lucida. *Impassibilitas* ; ab sui namq; creatione nullam passus est naturę immutationem. Nec enim igne suo comburitur : nõ cursu atteritur ; non ab aeris tempestatibus patitur : est altior casibus omnibus. Eadem & in corporibus gloriosis dotes. *Claritas*, Sap. 3. *Fulgebunt iusti* : Agilitas. *Et tanquam scintilla in Arundinetis discurrent*. Subtilitate penetrabunt omnia, Nilque patientur. Apoc. 21. *Iam non erit labor, neq; dolor*. Apoc. 14. *A modo iam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis reliquarum passionum humanarum*.

Sunt & glorificati corporis.

Cur præses Moyses?

II. Sed cur Moyses apparet ? An, ut eius innocentiam testetur ; quem Iudæi ut transgressorem criminati erant ? An rediit in limbo existis, ut ostendas, ipsum esse mortis ac vitę Dominum ? An, ut promissum præstetur tibi hoc ? Exod. 33. *Posteriora mea videbis*, id est, gloriam Humanitatis.

Cur Elias?

Elias vero cur ades ? An, quod eius sis præcursor futurus in extremo iudicio reliquis Iudæorum conuertendis ? An, ut errorem refutes opinantium, Iesum esse Eliam, aut prophetam ? Credebant enim ante Messię aduentum Eliam venturum : idque ex Malach. 4. *Ecce, ego mitto vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis*.

PARS IV.

De sermone in monte.

Comitia mira.

I. ERGO apparuit eis Moyses & Elias. Mira Comitia ! A parte V. Test. isti : Noui, Petrus, Ioann. Iacobus, è cælo S. Trinitas, è terra Christi Humanitas. Stetit hic Dominus inter Prophetas, ut Arca inter Cherub & Serub : loquentes de excessu : ait Marcus.

Qui sermo ?

De quo ? An de eo, quo à thesauris suis creata produxit omnia Deus ? An, quo

creata cõseruauit eadem annis iam quater millenis & ultra ? 1. Non ait Cyrillus De Incarnat. sed quem in Incarnatione declarauit. De qua vide, quæ in Festo Natiuitatis sunt dicta. 2. Augustinus ait de excessu Passionis. Huic excessui sublimitate in profunda humilitate par nullus. Ideo exclamat Ieremias Thren. 1. *O vos omnes, qui transitis, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus ! Sudorem expressit sanguineum ; fecitq; eum cadere & pauere*. 3. Chrys. ait, de nimia eius humilitate Passionis locutoe fuisse. In hanc exclamat Paulus Philip. 2. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*. Deum capi, illudi, & c. hic quantus excessus est ?

4. Bonauentura. De excessu paupertatis in passione : quod nudus & siccus & sitiens & moriturus esset. 1. Et Val. Poplicatus tertium consul tanta in paupertate mortuus est, ut publicis sumptibus esset sepeliendus. Val. Max. l. 4. 2. Epaminondas Dux Thebanorum nec reliquit, quo epitaphium illi fieret. 3. At Dominus, Psal. 87. *Pauper sum ego, ait, & in laboribus à iuuentute mea*. Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidus : filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet*. De tali fuerit excessu sermo.

Atqui vero ego sic sentio, quod omnia Christi opera sunt in excessu : ut nos ad medium adduceret virtutis.

II. Sed tu Petre, quid aisi ? *Faciamus hic tria tab. tibi vnum M. V. E. vnum*. Tu stricto gladio vis in horto Domini victoriam retardare ; tu eundem abnegas : & iam vis inferre schisma, separando Christum à Prophetis tria pascens tabernacula ? Nõ sic rotæ Ezechieli sunt visæ. Hæ implicitæ sibi hærebant, nec vlla vsquam sine alia ferebatur. Ita Propheta, Euangelium & Christus. Quare vno erat opus tabernaculo. Sed bene additur. *Nesciebat, quid diceret*.

ficeret. Bonum tamen hoc, nos hic esse, cum, in & sub Christo. Mihi autem adhaerere Deo bonum est.

Quod si igitur obstupuerit Iudæi, Esth. 6. viso Mardocho, regis induto, & Esthera Regina facta gloriosiore. Si fratres Iosephi, Gen. 45. visa huius regifica maiestate: Si fratres & agnati viso hoc Dauidis item Regi parem esse: Iustus Apostoli ad hanc Domini gloriam obstupuerunt. Quanta igitur in caelis gloria reuelabitur in nobis?

POST DOMIN. II. QVADRAGESIMA feria II.

Ego vado, & queretis me, & in peccatis vestris moriemini. Ioan. 8.

A Zarias, 2. Part. 15. Regi Iuda euentura mala prædixit. Dominus vobiscum: quia fuistis cum eo. Si quaesieritis eum inuenietis: Si autem dereliqueritis, derelinquet vos. Ita & hic Dominus.

Nos in præsens

- I. De prædestinatione, & reprobatione.
- II. De infelicitate animæ obdurata.
- III. Quærendum esse Deum.
- IV. Metuendum, & cauendum istud, mori in peccatis.

PARS I.

De Prædestinatione, & reprobatione.

I. Prædestinatio, & Reprobatio re est cogitatu horribilis. Ab æterno, Malach. 1. Esau odio habui: En damnatio: Iacob autem dilexi: en prædestinatio, eodem tempore, & ventre natorum. 1. In diluio octo animæ prædestinata seruantur: pereunt reliquæ. Genes. 8. 2. Nabachodonosor post euastatam Ierosolyam iussit introduci, Dan. 1. de filijs Israel,

& de semine regio, pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia: qui stare possent in palatio Regis. Tales prædestinauit Deus. 3. Moyses, Deut. 27. Israelitarum tribus sex bene natas ex Lia & Rachaele, iussit metari in monte Garizim; ibi benedicendas: alias sex, ex ancillis natas in monte Hebal, ibi maledicendas: ita Deus bipartito genus diuinit humanum ab æterno. Cur? Rom. 11. O altitudo diuinitarum sapientia & scientia Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia! 4. Eodem tempore, e carcere eodem exibant duo: & Pharao. Gen. 49. restituit alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum: alterum suspendit in patibulo.

II. 1. An non eadem ex fornace & prunas viuas, & carbones atros educi cernimus? 2. Rom. 9. Habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem: aliud vero in contumeliam. Atque ita, vt in hos misericordiam suam Deus, iustitiam in illos ostendat.

Et ita, vt electos prædestinet absque meritorum præuisione: at cum peccatorum præuisione reprobos. Vt causa prædestinationis sit sola Dei misericordia: reprobationis vero cuiusque peccata. Vtraque respectu Dei, necessaria: nostri; contingens; ob liberum arbitrium, Reprobatio hic istis significatur: Queretis me, & non inuenietis me. & in peccatis vestris moriemini. Ioan. 8.

PARS II.

Infelicitas animæ reproba.

I. Accidere animæ deterius nil potest, quam deferri abs Deo. 1. Vt nil peius inuenire quærit Regina Vasthi, Esth. 2. quam ab Rege repudiari. 2. Si cæli suos influxus vel paucillum subtraherent, iam continuo in orbe cuncta emarcescerent, inque chaos vnum reciderent. Quanto magis anima, cui subtrahitur gratia?

H h h h h gratia?

Prædestinationis figura.

3. Exar-
da.
4. Damna.
16.

gratia? 3. Psalm. 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Qualis Samaria, 3. Regum 18. cœlo semiquatuor annis non pluente, ob preces Eliae. 4. Hinc omnium terribilissima comminatio illa: Osee 9. *Va eis, cum recessero ab eis.* Iere. 9. *Erudire Ierusalem: ne forte recedat anima mea à te.* 5. Ideo Dauid Pf. 37. *Domine ne discesseris à me. Ut quid Domine recessisti longe?*

Figura.

Elifæus, 4. Reg. 2. Eliae discessum ab sese lamentatus, ait: *Pater mi, currus Israel, & au rigaeius.* Quid igitur anima, deserta Deo, quin & exosa? Nam *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Pf. 5. Non plangat:

Similia in-
fœlicis ani-
ma.

II. Quod corpus sine anima: id anima est absque gratia. Quanti sit ornata suis dotibus, docet, quæ caretisidem: nam *uiuens mortua est.* At hoc, heu; quale? Pf. 33. *Mors peccatorum pessima.*

2. Quale in Passione Domini conrigit; vt, terra intremuit; scissæ petrae; factæ tenebrae; fissa sepulcra; Sol inhorruit; stupuit orbis: Tale in animabus eorum, qui Dominum peccatis iterum crucifigunt. Hebr. 6. *Quo horribilior ista comminatio: Ego vado ab talibus auersus.*

Accessus solis, & recessus, ait Arist. 8. de caelo. cap. 7. *omnis est & generationis, & corruptionis causa.* Magis gratiæ accessus ac recessus in anima virorem, squaloremue efficiunt. Atqui vero; Rom. 9. *Dominus cui vult, miseretur: en accessus. & quem vult, indurat: en recessus.* Exod. 4. *Ego indurabo cor Pharaonis.* Vbi August. exclamat serm. 88. de tempore: *Nisi cum absuerit gratia mea, obdurabit eum nequitia sua.*

4. Declarat simili isto. Vt sol humum congelatam tangens resoluit; at abscedente sole humus regelascit: Ita anima à peccato obrigida, ad ipsum gratiæ radium colliquefcit in penitentiam, ad illius abscessum obgelascit peruiacax.

Causa re-

III. Neque tamen, vt Caluinus 1. Inst.

6. 17. blasphematur, peccatorem Deus potius indurat; sed permissiue per accidens; subtrahendo gratiam, quam is à se ipse peccatum excludit. Interea vero tamen si Deus nemini gratiam reuertendi sufficientem negat: vni tamen, quam alteri, impertit maiorem. Idque ob malitiam maiorem.

probationis
ac modus.

Si æger clinicus optima præcipiente medico parere recuset, ac moriatur: ipse, non medicus culpandus est. Ita peccator respuens Dei instinctus, mandata, exempla: *Perditio tua ex te.* Jer. 51. *Curauimus Babylonem, & non est curata: Relinquamus eam.* Ita hic Dominus, quasi dicat: *Quod debui, præstiti: at noluitis: ideo Ecce Ego vado: & in peccatis vestris moriemini.*

Simila.

PARS III.

Querendum esse Deum.

1. **E**go vado. Ecquo; *Mane nobiscum Domine, quoniam ad uesperas cit,* Luc. 24. & finis inicit vitæ. Aut finito nos sequi: vel trahere nos post te. 1. *Sed Ego vado: quo vos non potestis venire. Ego pati vado; qualia nemo potest.* 2. *Ego vado satisfacturus pro mundo; quod creatura non potest vlla.* 3. *Vado, vt ad dexteram Patris cõlideam: quo vos non potestis venire.* Hebr. 2. *Cui enim dixit aliquando Angelorum, sede à dextris meis? Nec quidem Deiparæ?*

II. *Et quæretis me.* Stomachantis hoc est, *Quærela* quasi dicat, Cœlo descendi, relictis 99. 0. *Iesu de se-* uibus, te vt quærerem. Quæsi, quæro: tu *quinolan-* venire, & sequi detrectas. Ergo *ibus.* *Vado: Non me inuenies.* Quæsierunt eum in sepulchro: quæsierunt obsessi ab Tito & Vespasiano: quærun eum etiamnum in Thalmud, in prophetis: *At non inuenietis.*

Ergo Christiani, *Ma. 55. quærite Dominum,* *Quæritu-* dum inueni: *i potest; inuocate eum, dum prope tempore est.* Et *Dum tempus habemus, operemur bonu:* dum sol iustitiæ lucet, & dies est.

Non solum sub vitæ vespertum quærendus

Nō seruit.

tendus est; quod multis frequens. 1. Serius eum quæ fisti, Epulo: *Luc. 16. 2.* Serius fatuæ virgines. *Mat. 25.* 3. Nimis diu venatus es, Esau. *Gen. 22. 4.* Serius iam oratis animæ purgatorix; non vobis merendi, sed iam solvendi tempus est.

Nam dum dicitur est expeccat nos Deus.
Alexander Magnus, vt primum obli-
debat urbem, facem accendebat, voce
præconis proclamans: Ante vos dedere,
quam fax extinguatur: qua extincta, nul-
la salus. Ita Deus *stans ad ostium peccato-
rum pulsât*, Apoc. 3. proclamât: *Conuer-
tini ad me, & salui eritis.* Ioel. 2. Et *Isai. 55.*
*Querite Dominum, dum inueniri potest: face
extincta vitæ, actum est.*

Figura.
1. Prouide egit Pharao, Iosephi secutus
consilium, horrea dum condidit, & in
horreis frumentum, tempore scælici.
Vnde dein, annona flagrante, & flagel-
lante, subuenit & aliis. Ita isti, qui, dum
miseriordia Domini plena est terra. Pl. 31. fa-
ciunt sibi thesauros, qui non vetera
sunt. Væ his, qui secus faxint.

*Tempo
ordinan-
tam.*
2. Deus, *Leuit. 11.* offerri sibi cygnum
noluit, etsi peregre iam auem; forte,
quod cantum suum differat ad usq; mor-
tem. Tales, qui pœnitentiam reiiciunt in
agonem.

PARS IV.

*Metuendum, & cauendum istud: mori in
peccatis.*

Tempori quærendus est: 1. A Nota-
toribus, in medio Doctorum Eccle-
siae, Parumq; consensu. 2. A mulieribus,
orro iam sole adeundo templa vel preces,
cum aromatibus virtutum. 3. A Regibus,
ductum stellæ secutis, omiſſa ambitione,
& c. iacentem, vagientem, humilem inue-
nietis eum. 4. A Philosophis quærendus
non in categoriis, demonstrationibus,
principiis Physicis, & c. Sed in Eucharistia
per fidem. 5. A Theologis, non in Trini-
tate, Incarnatione, rubo ardente, & c. al-

tissimis illis mysteriis, ac præcipitiis: sed
potius in Cruce adorandus, in patientia
imitandus, & c.

II. Sin': *In peccatis vestris moriemini.* 1.
Ad hoc cohorrescite Nouatores; & re-
spicite exitus maiorum vestrorum Ar-
rij, Manichæi, Pelagij, Lutheri, Caluini,
& c. 2. Horrete peccatores, mortes in-
scælices Pharaonis, Saulis, Absolonis,
Antiochi, & c. Sodomitarum, Luciferi,
Gigantum, tempore Noe. 3. Fœlices
Niniuitæ, qui pœnituitis tempori, & se-
rio. *Ion. 3.*

In peccatis moriemini. Hæcine fuit re-
uelatio damnationis? Ita videtur. At hoc
est ad desperationem adigere. Ita qui-
dem, nisi reprobationis causa quisque
sibi esset ipse. Si velit; se emendet serio:
*iustus & fidelis est Dominus, quia remittit no-
bis omnes iniquitates nostras.* Tali conuersio.
ne posset quasi cogi Deus, vt scriptum in
libro reprobatorum deleat nomen, &
transcribat in librum vitæ. Ita sentire
videtur *Psal. 68.* *Deleantur de libro vitæ: &
cum iustis non scribantur.* Domine; *tu condi-
disti me sine me; sed damnare me nequis sine
me:* aiebat August. Est igitur vox illa Do-
mini comminatoria.

*Reprobati
an sit mu-
tabilis.*

FERIA III. POST DOMINICAM
II. Quadragesimæ.

*Super cathedram Moysis sederunt Scri-
bæ & Pharisei: omnia, quæcunq; dixe-
rint vobis, seruate, & faci-
te.* Mat. 23.

Darius Rex, *Dan. 6.* super regnum
amplissimum constituit vigintiqua-
tuor supra centum Satrapas: hisque præ-
fecit tres velut Proreges; è quibus Da-
niel vnus. Edixit simul, istos à subditis a-
gnosci, colique pro suis Vicariis. Ita Do-
minus in Synagoga: ita & in Ecclesia v-
\ Hhhh 2 num

num Summum Pontificem; aliosque esse voluit Episcopos.

Nos in præfens

- I. De fide, & obedientia habenda Ecclesia.
- II. De Cathedra.
- III. De Scribis.
- IV. De Pharisæis.

PARS I.

De fide, & Obedientia habenda Ecclesia.

Ecclesia de. **I.** Plato aiebat: Iam felices fore resp. si aut Philosophi regerent: aut qui regunt, philosopharentur. 1. Atqui Ecclesia retro semper etiam à Theologis administrata fuit à Petris, Gregoriis, &c. Et vero his talibus, qui errare nequibant; hodieque non possunt; ob infallibilem S. Spiritus assistentiam. 2. Luc. 22. Ego pro Te rogavi, ut non deficiat fides tua. Vnde duratque, durabitque: & porta inferi non preualebunt aduersus eam PETRAM Matth. 16. 3. Quin Ierem. 2. Dabo te in columnam ferream, & in murum æreum, super vniuersam terram.

Pro in ei pærendum. II. Theopompus Rex Athen. dicenti: Non mirum, Lacedæmonum temp. tam florere diu; cum à tot prudentibus regatur; ait: Adde, quod Legibus tam sancte pareat populus. Atqui vtrumque in Ecclesia Monarchia semper obtinuit. Alioquin Matt. 12. Omne regnum in se diuisum desolabitur.

5. Serium istud, seuerum ac sanctum: Matth. 18. Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & Publicanus. Nam Qui vos audit, me audit. Hinc, Hebræor. 13. Obedite Præpositis vestris. Qui enim Potestati resistit, Dei ordinationi resistit.

PARS II.

De Cathedra Moysis, seu Petri.

Cathedra Petri. **1.** **S**upra Cathedram: id est, ait Cyrillus Catech. 12. Non ligneam cathedram; sed doctrinæ significat potestatem. 1. Ea cathedra clauibus vtitur duabus; Autoritatis v-

na, ad fideles regendos: alia Doctrinæ, ad pacendos. Matth. 16. Tibi dabo clauces regni cælorum. 2. Extra hanc errores, & imposturæ meræ. Cypr. Epist. 55. Et distin. 93. cap. Quicathedr. Qui Cathedram Petri, supra quam fundata est Ecclesia, deserit; in Ecclesia se esse non confidat.

3. Hieron. Epist. ad Damasum Papam. Beatitudini tuæ, cathedræ Petri, cõmunionem cõfocior, super illam Petram edificatam Ecclesiam scio. 4. Nic. Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia. Sicut Sacerdotium legale, per Leuitas inchoatum, & Deo volente in templo Salomonis institutum, ad primum vsque Christi aduentum semper durauit. Sic in Nouo Test. Pontificatus à Petro inceptus, & Dei voluntate Roma institutus, ad secundum vsque Christi aduentum perseuerabit.

5. Hæc est Cathedra in qua ad usque Paulum V. quadraginta supra ducentos, Pontifices præfederunt: è quibus tres & triginta Martyrio coronati sunt. Utque Lucas Iesu generationem à nutricio Iosepho vsque ad Abraham ascendens deducit: ita à Paulo V. ad usque Petrum ascendere serie continua possumus.

II. Psal. 1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentie non sedit. En tres cathedræ: Mahometi: Iudæorum: Caluini. At in lege Domini voluntas eius, quam Romana Cathedra infallibiliter declarat, ac destruit pestilentes.

1. Utque Phœnix vna sola auis in solis Africæ petris reperitur: ita Veritas in sola Romana Cathedra, & Ecclesia, que columna veritatis est. 1. Timoth. 2. 2. Margarita Euangelica tantum in domo potuit inueniri: Ita adamas veritatis tantum in Ecclesia, 3. Quid Democrite in puteo demersam quæris Veritatem? In Ecclesia est. Matth. 16. Super hanc petram ad. Ec. meæ, & po. inf. non preualebunt adu. eam. Fecit eam Iesus, qualem 3. Reg. 10. fecit

*Thronus
Dii.* *cit Salomon thronum de ebore grandem, & ve-
siuit eum auro fuluo nimis; & XII. leunculi
stantes super gradus hinc, atque inde. Non est
factum tale opus in vniuersis regnis. Omnino
sunt Pf. 88. Fundamenta eius in montib. san-
ctis, XII. Apostolis.*

*Antago-
nista Anti-
christi.* 4. Et eam esse Antichristi calumnia-
tur hæreticus. 1. Ecquis enim vnquam
Pontifex, 2. Theff. 2. homo peccati, filius
perditionis fuit, qui extolleretur supra omne,
quod dicitur Deus? 2. Quin potius quot
Antichristos Cathedra Romana expu-
gnauit? Arrium sub Syluestro; Macedo-
nium, &c.

PARS III.

De Scribis.

*Tranum
Euangelii
pauca.* 1. *Super Cathedram Moysis sederunt scribae,
Sed est, Alios autem dedit Doctores. Eph. 4.
Omnia, quæcunque dixerint, seruate, & facite.
Nam Malach. 2. Labia Sacerdotis custodiunt
scientiam; & legem requirent ex ore eius. 1.
Sunt enim tubæ Dei: Sunt Iōnæ: cap. 8.
Adhuc 40. dies, & Ninive subuertetur. 2. Sunt
Nathanes; qui Regibus iram Dei denun-
ciant, & vitam nefariam arguunt. 3. Sunt
Ioeles, c. 2. dicentes: Conuertimini ad me in
toto corde. Ios. 58. Frange esurient panem
tuum. Date elemosynas.*

*Ergo quasi tubam exalta vocem tuam, qui
Euangelizas Sion. 1. Sic enim muros Ieri-
cho deiecit Dominus. Ios. 6. 2. Sic Lazaros
è vitorum sepulchris euocabitis.*

*3. Sic, vt Daniel cap. 2. diuina intellige-
tis & explicabitis Nabuchodonosorib.*

*4. Facietis, quod Gen. 41. Ioseph in Ae-
gypto Pharaoni, fratribus, populo. 5.
Sic Angeli eritis; & huc nunciabitis, quæ
Dei in cælis voluntas; sicut, quæ hic ge-
runtur Angeli isthuc perferunt. Quia
Angelus Domini exercituum est Prædicator.
Mal. 2. 6. Matt. 23. Gallus tertio cantauit: &
Petrus ter exiuit, demum fleuit amare. Ita
occinite penitentiam peccatoribus Præ-*

*dicatores. Vtque Num. 13. Reuersi explora-
tores terra, (speculatores cælestium) post
40. dies, omni regione circuita, venerunt ad
Moysen, & Aaron, & omnem cætum filiorum
Israel. Locutique eis, & omni multitudini osten-
derunt fructus terra. Ita concionatores lo-
quantur, & agant, & viuant.*

*Infelices buccinatores, & inania cre-
pitacula; qui dicunt, & non faciunt. 1. Si-
miles sunt statuæ Nabuchodonosoræ,
Dan. 2. cuius caput aureum aurum lo-
quitur aure; pectus æreum & ferreum
& inhumanum: pedes lutei vitæque vi-
tiosa. 2. Similes nummis adulterinis:
verba sonant bene: vita male. Splendent,
& fallunt. 3. Loquuntur, vt Iacob, Gen.
27: Sed feri, pilosi, flagitiosi, profani, vt
Esau. 4. Monstrum foret hominis, cui
lingua longior brachio: ita qui dicit, &
non facit. 5. Qui bene præsumt Presbyteri, du-
plici honore digni habeantur. Maxime qui la-
borant in Verbo, & doctrina. 1. Timoth. 5. At
æra sonantia duplici quoque pœna digni
sunt.*

*Inuictiua
in docentes
& non fa-
cientes.*

PARS IV.

De Phariseis.

*1. SEdebunt super Cathedram Moysis etiam
Pharisei. id est, Præfules. 1. Hi enim
sunt fideles & prudentes serui, quos constituit
Dominus super familiam suam. Horum cui-
que dictum Tibi dabo clauis. 2. Hi sunt Che-
rubin, cum romphæa flammæ excom-
municationis; arcentes ab introitu Pa-
radisi, id est, Ecclesiæ absentes.*

*Sacrorum
Præfulum.
1. Potestas.*

*Colendū gignitur, ac metuendi sunt. S.
Francisco tanti Sacerdotes erant, vt di-
ceret: Si Angelus & Sacerdos sibi simul
occurrerēt, prius se manus Sacerdoti ex-
osculaturum; dein Angelum honoratu-
rum. Quanto magis Præfulibus sacris?*

*2. Reueren-
tia.*

*O vestros si nossetis titulos Presbyte-
ri: Estis, Matth. 9. Lux mundi. Luc. 8. Sal-
terra. Hieronymo Epist. ad Marcell. Ge-
H h h h 3 nerales*

3. Tituli.

nerales Apostolorum Vicarij: Astra stelle. Gregorio in Reg. Ecclesia faces. Basilio, Lampadibus Pfaltæ 44. Constitues eos Principes super omnem terram. Malachia, Non est nostrum iudicare Deos. Et Psal. 91. Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.

4. Officia.

Estis velut Semidij: peccata remittitis: clauditis abyssos, demones fugatis; mortuos Deo suscitatis. 3. Estis Satrapæ, Gen. 41. qui omnem mundi Aegyptum gubernatis sub Deo, Estis. 2. Reg. 10. custodes, & economi Salomonis, quibus sua commisit omnia. 5. Estis limpidi fontes Helim, Exod. 15. quidulces doctrinæ aquas funditis, quibus deserta rigatis, ut fructificent. 6. Estis tributum Principes, Num. 1. quibus incumbit, præcepta & monita populo denunciare. 7. Estis portæ templi. Ezech. 48. per quos innumeri intrant Ecclesiam. 8. Estis Pharisei, id est, segregati à plebe, & sedentes super cathedram Moysis.

5. Pericula.

II. Verum tamen potestati ac dignitati par est periculum vobis, & gregi; ni vigiletis. 1. Nam ut 1. Mach. 6. Eleazarus elephantem subiit suffodiendum, ratus se molam eius vel euadere, vel sustinere ruentis posse; sed oppressus occidit. Ita multi sub pondere Episcopali fatiscunt. 2. Feriunt summos fulmina montes, ut canit Horat. Ita Præsules sæpe causant peccata populi, & à feriente Deo luunt.

3. Testis Heli. 1. Reg. 4. qui è sella lapsus ceruicem fregit, conuiuens filiis plus æquo.

Ergo attendant.

Pericles, ait Plut. in Polit. quoties senatum Athe. erat initurus, sibi dicebat ipse: Attende tibi, Pericles: Græci sunt quos regis, liberi sunt; Athenienses sunt, id est. Seditiosi: ingrati in Principes, quos demum in exilium proiciunt, vel enecant. Ut Socratem, Phocionem, Aristidem, &c. Quare Attende tibi, Episcopo: Anima sunt, quas regis; Christiana sunt; sanguine Saluatoris redempta

sunt. Estote igitur, ut quatuor illa animalia. Ezech. 8. oculis plena intus & foris.

Non litis, qui dicunt, & non faciunt. Qui Docent, & non faciunt. nec colunt modestiam, obedientiam erga Cathedram primam, &c. S. Gregorius suggillat eos, qui ex Episcopis faciunt quasi aulas regum: Volunt vocari Rabbi, & nec docent, nec faciunt. Væ autem terra, cuius princeps puer est. O Galli pro Patribus tuis nati sunt tibi filij pueri Episcopi. Ps. 44. Pro Dionysio, Martino, Marcellis, Hilarionibus, Remigijs, &c. quos iam passim habes?

FERIA IV. POST DOMINICAM

II. quadragesimæ.

Vide in F.S. Iacobi.

FERIA V. POST DOMINICAM

II. quadragesimæ.

Vide in Dominica I. Post Trinitatem.

FERIA VI. POST DOMINICAM

II. Quadragesimæ.

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei. Matt. 21.

IVsto Naboth. 2. Reg. 21. vinea erat hereditaria: Achab Rex impius eam appetit: Iezabel iustū peragit reum; ut lapidetur, traditque marito vineam. Ita Iesum Synagoga in crucem agit; ut Satan possideret Ecclesiam. At nequicquam.

Nos super iis

I. Quod homo sit arbor.

II. De vinea quid sit.

III. Decultura, & partibus vineæ.

IV. De vitioribus.

P A R S I.

Quod homo sit arbor.

I. C Yri, Persarum Regis, delicia fructus erant, quos ex arboribus à se-

Christia-

nus est

planta

Christi.

con-

sto Iesu. At proprie cœpit ab Ada, & Abel, qui primi Deum coluerunt. Sed Psa. 88. Ipse fundauit eam altissimus. Hanc vineam Nabothi, 3. Reg. 21. Satan appetere cœpit initio, neque dum defliti: adusq; necem quoq; Christi. Qui vt Noe, Gen. 9. ex hac vinea inebriatus amore fuit, nudatus, illulus, &c. Psa. 21. Omnes videntes me deriserunt me: & factus sum opprobrium hominum, & abiectio plebis.

P A R S III.

De cultura & partibus vineæ.

I. Hæc trium est propaginum vineæ. Gen. 40. Videbam coram me vitem, in qua tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vvas maturescere. Tres ea

1. Eius partes sunt Angeli, Purgatorii Viatores.

sunt Angeli: animæ purgatorii: homines. 1. Hanc rigauit Gen. 8. diluuiio. Dein, Exod. 17. aqua petra. Tum Elias, 3. Reg. 18. post triennalem siccitatem. Ecce celi contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Demum Baptismo rigari cœpta: & fonte crucis. Adeoq; Pl. 43. fluminis impetus latificat ciuitatem Dei Ecclesiam.

2. Caloris eget charitate.

II. Calores quoq; dedit vineæ suæ Deus. istis. Gen. 19. Pentapolim exussit. Samaria triennio æstuaui. 3. Reg. 18. Ara Eliæ cum victima & aquis absunta est. 3. Reg. 18. Deniq; Dominus, Matth. 13. Ego veni ignem mittere, & quid volo, nisi vt ardeat.

3. Putatione purificatio.

III. Addit & pluuia Deus, putat, pascinat. Enputationes: Exod. 12. Per exterminatorem occidit primogenitos Aegypti. 4. Reg. 18. castra Assyriorum nocte vna cædit. Circumcisionem instituit.

4. Transplantatio subinde.

IV. Eandem & transplantauit. 1. Ex paradiso in senticosam humum, Gen. 4. 2. Cum Abraha de Vr in Chanaan. 3. Cum Ioseph. in Aegyptum. 4. Cum Moyse Pl. 79. Vineam de Aegypto transfulsi in deserta. 6. Hinc per Caleb, & Iosue in terram promissam. 7. Hinc in Babylonem. 8. Deniq; per Christum in cœlos.

V. Quin & sepe spissa sepfit eam custodia Angelorum. Nam Cherubini custodiunt paradysum: motores cœlorum Angeli sunt: Ecclesiæ, singulisq; mortaliū præfunt Angeli, Psa. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: Isa. 62. Super muros tuos Ierusalem cõstitui custodes: tota die, & tota nocte nõ tacebunt.

2. Quin imo, Pl. 124. Dominus in circuitu portulæ sui. Ec Pl. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. 3. Sunt item eius septa preces Sanctorum. Ita 2. Mach. 15. vidit Iudas Ieremiam & Oniam Pontif. orare pro populo. 4. Sunt & sepes Doctorem scientia, quæ vulpes arcet hæreticas. Item Concilia. His profligata sunt hæreses omnes Ariana, Nestoriana, &c. & mores castigati.

VI. Turris in vinea Autoritas est Pontificis: Aut potestas Sacerdotum ad transfundendum. Qua quid sublimius? Angelos transcendit. Aut potestas Iurisdictionis. Rectius, Scriptura est turris fortissima. Cant. 4. Mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. Inde & seruator arma tulit, obiecitq; tentator. Matt. 4.

VII. Torcular quid? An martyria? An poenitentia manans lacrymis? An Crux Christi exudans sanguine? Sic ipse. Thr. 1. Torcular calcavi solus. Ab omnibus vndique prouisum vineæ est. Isa. 5. Quid debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?

P A R S IV.

De vinitoribus.

I. Hierant Sacerdotes, Leuitæ, Scribæ: suntque etiam num.

Serui ad hos missi sunt Prophetae tempore Iudicum, Regum, & captiuitatis. At eos oderunt, occiderunt: serra Isaiam: lapidibus Amos: Michæam carcere & alapis affixerunt. Ieremiam in puteum demerserunt. Baptistam decollarunt: Dominum vineæ crucifixerunt: Martyres

nerales Apostolorum Vicarij: Astra stelle. Gregorio in Reg. Ecclesia faces. Basilio, Lampadibus Pfaltæ 44. Constitues eos Principes super omnem terram. Malachia, Non est nostrum iudicare Deos. Et Psal. 91. Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.

4. Officia.

Estis velut Semidij: peccata remittitis: clauditis abyssos, demones fugatis; mortuos Deo suscitatis. 3. Estis Satrapæ, Gen. 41. qui omnem mundi Aegyptum gubernatis sub Deo, Estis. 2. Reg. 10. custodes, & economi Salomonis, quibus sua commisit omnia. 5. Estis limpidi fontes Helim, Exod. 15. quidulces doctrinæ aquas funditis, quibus deserta rigatis, ut fructificent. 6. Estis tributum Principes, Num. 1. quibus incumbit, præcepta & monita populo denunciare. 7. Estis portæ templi. Ezech. 48. per quos innumeri intrant Ecclesiam. 8. Estis Pharisei, id est, segregati à plebe, & sedentes super cathedram Moysis.

5. Pericula.

II. Verum tamen potestati ac dignitati par est periculum vobis, & gregi; ni vigiletis. 1. Nam ut 1. Mach. 6. Eleazarus elephantem subiit suffodiendum, ratus se molam eius vel euadere, vel sustinere ruentis posse; sed oppressus occidit. Ita multi sub pondere Episcopali fatiscunt. 2. Feriunt summos fulmina montes, ut canit Horat. Ita Præsules sæpe causant peccata populi, & à feriente Deo luunt.

3. Testis Heli. 1. Reg. 4. qui è sella lapsus ceruicem fregit, conuiuens filiis plus æquo.

Ergo attendant.

Pericles, ait Plut. in Polit. quoties senatum Athe. erat initurus, sibi dicebat ipse: Attende tibi, Pericles: Græci sunt quos regis, liberi sunt; Athenienses sunt, id est. Seditiosi: ingrati in Principes, quos demum in exilium proiciunt, vel enecant. Ut Socratem, Phocionem, Aristidem, &c. Quare Attende tibi, Episcopo: Anima sunt, quas regis; Christiana sunt; sanguine Saluatoris redempta

sunt. Estote igitur, ut quatuor illa animalia. Ezech. 8. oculis plena intus & foris.

Non litis, qui dicunt, & non faciunt. Qui Docent, & non faciunt. nec colunt modestiam, obedientiam erga Cathedram primam, &c. S. Gregorius suggillat eos, qui ex Episcopis faciunt quasi aulas regum: Volunt vocari Rabbi, & nec docent, nec faciunt. Væ autem terra, cuius princeps puer est. O Galli pro Patribus tuis nati sunt tibi filij pueri Episcopi. Ps. 44. Pro Dionysio, Martino, Marcellis, Hilarionibus, Remigijs, &c. quos iam passim habes?

FERIA IV. POST DOMINICAM

II. quadragesimæ.

Vide in F.S. Iacobi.

FERIA V. POST DOMINICAM

II. quadragesimæ.

Vide in Dominica I. Post Trinitatem.

FERIA VI. POST DOMINICAM

II. Quadragesimæ.

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei. Matt. 21.

IVto Naboth. 2. Reg. 21. vinea erat hereditaria: Achab Rex impius eam appetit: Iezabel iustū peragit reum; ut lapidetur, traditque marito vineam. Ita Iesum Synagoga in crucem agit; ut Satan possideret Ecclesiam. At nequicquam.

Nos super iis

I. Quod homo sit arbor.

II. De vinea quid sit.

III. Decultura, & partibus vineæ.

IV. De vitioribus.

P A R S I.

Quod homo sit arbor.

I. C Yri, Persarum Regis, delicia fructus erant, quos ex arboribus à se-

Christia

nus est

planta

Christi.

con-

confitis carpebat, teste *Xenophonte*. Ita Christo volupe, ex plantatis in Baptismo animabus fructum ferre. 1. Ioann. 15. Ego posui vos, vt eatis, & fructum afferatis. 2. Nos rigauit is sanguine: influxus dedit gratiæ: fructus expectabat penitentia. Luc. 3. Facite dignos.

1. Enim vero Psalm. 1. *Estis tanquam lignum quod plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non desuet.* 2. Ita fuit, quod, Genes. 2. produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauis. 3. Item & voluit Deus: De omni ligno paradisi comedes. Effertur fructus, & vesci eos, comedique volebat.

II. O dit steriles, Luc. 3. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur* q. d. Non sinam, non patiar meum agrum Ecclesiæ sterilibus plantis occupari: peccatores erunt pabulum gehennæ, mors depascet eos. Psalm. 48.

Ita Luc. 18. *Pater familias, querens fructum in siculnea, non inuenit dixit ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructus in siculnea hac, & non inueni: succide ergo illam. Vt quid enim terram occupat? Væ! Mors peccatorum pessima, qui nec 30. annis fructus edunt quicquam.*

Qui similes arbori Nabuchodonosora: Daniel. 4. *Videbam, & ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia, folia eius pulcherrima: & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea: Subter eam habitabantur volucres cæli: & ex ea vescebat omnis caro.* Quid hac duxeris arbore speciosius, aut fructuosius? At bestiarum erat, & bestialis Idcirco vox de cælo accidit; *Succidite arborem, præcidite amos eius: excutite folia, & dispergite fructus eius: Fructus amat Deus spirituales, non bestiales.*

Libanus mons est cedris præstantissimis confitus; at sterilibus: Huic Soly-

mam confert Dominus. Ideo sic ei denunciat per Ezechielem cap. 17. *Aquila grandis magnarum alarum, plena plumis, & varietate (id est, Nabuchodonosor:) venit ad Libanum, Ierosolymam: & tulit medullam Cedri, summitatem frondium eius assumpsit, & transportauit eam in terram Chanaan.* id est, Solyma transnigrabitur in Babylonem captiua: quia infrugifera. Ita animabus eueniet omnibus inertibus: auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius.

PARS II.

De vinea quid sit.

I. Sanctus Athan. lib. Alleg. quest. 84. ait. *Vinea, mundus est: turris, fides: Vinitores, Iudæi: serui, propheta:.* 2. S. Isid. ait: *Vinea est Ierusalem: torcular, templum: turris, altare: seps, lex: filius, Messias.* 3. *Vinea esse potest religio: vinitores, religiosi: fructus sunt orationes, mortificationes &c. torcular, conscientia: turris, iustitia.*

4. *Anima est vinea: rigata gratiis: fulcrum crucis palo: septa Angelis, quibus mandauit de te.* Psalm. 90. *torcular, charitas: turris, fides: 1. Ioann. 4. Hæc est enim, quæ vincit mundum fides nostra.* Turris spe assurgens in cælum: fenestrata virtutibus. Serui, inspirationes, exhortationes, &c. Fructus sunt opera pietatis, charitatis, &c.

5. *Vinea est & hæresis: Sed diaboli, cinctæ erroribus, mædaciis, blasphemis, torcular, conscientia, turris, superbia: vinitores Luth. Calu. Apostata: fructus, demolitio altarium, &c. Deut. 12. Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi, vinum eorum seldraconum, & venenum insanabile.*

II. *Vinea est Ecclesia. Isa. 5. Vinea Domini exercituum domus Israel est: & vir Iuda germen eius delectabile. Hæc plantata cæpit in Angelis. Quia & hi fidem initio habuere, congregati sub vno Capite Christo*

Vinea est
1. *Mundus.*
2. *Solyma.*
3. *Religio.*
4. *Anima.*

5. *Hæresis.*

6. *Ecclesia.*

sto Iesu. At proprie cœpit ab Ada, & Abel, qui primi Deum coluerunt. Sed Psa. 88. Ipse fundauit eam altissimus. Hanc vineam Nabothi, 3. Reg. 21. Satan appetere cœpit initio, neque dum deflxit: adusq; necem quoq; Christi. Qui vt Noe, Gen. 9. ex hac vinea inebriatus amore fuit, nudatus, illulus, &c. Psa. 21. Omnes videntes me deriserunt me: & factus sum opprobrium hominum, & abiectio plebis.

P A R S III.

De cultura & partibus vineæ.

I. Hæc trium est propaginum vineæ. Gen. 40. Videbam coram me vitem, in qua tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vvas maturescere. Tres ea

1. Eius partes sunt Angeli, Purgatorii Viatores.

sunt Angeli: animæ purgatorii; homines. 1. Hanc rigauit Gen. 8. diluuiio. Dein, Exod. 17. aqua petra. Tum Elias, 3. Reg. 18. post triennalem siccitatem. Ecce celi contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Demum Baptismo rigari cœpta: & fonte crucis. Adeoq; Pl. 43. fluminis impetus latificat ciuitatem Dei Ecclesiam.

2. Caloris eget charitate.

II. Calores quoq; dedit vineæ suæ Deus. istis. Gen. 19. Pentapolim exussit. Samaria triennio æstuaui. 3. Reg. 18. Ara Eliæ cum victima & aquis absunta est. 3. Reg. 18. Deniq; Dominus, Matth. 13. Ego veni ignem mittere, & quid volo, nisi vt ardeat.

3. Putatione purificatio.

III. Addit & pluuia Deus, putat, pascinat. Enputationes: Exod. 12. Per exterminatorem occidit primogenitos Aegypti. 4. Reg. 18. castra Assyriorum nocte vna cædit. Circumcisionem instituit.

4. Transplantatio ne subinde.

IV. Eandem & transplantauit. 1. Ex paradiso in senticosam humum, Gen. 4. 2. Cum Abraha de Vr in Chanaan. 3. Cum Ioseph. in Aegyptum. 4. Cum Moyse Pl. 79. Vineam de Aegypto transfulsi in deserta. 6. Hinc per Caleb, & Iosue in terram promissam. 7. Hinc in Babylonem. 8. Deniq; per Christum in cœlos.

V. Quin & sepe spissa sepfit eam custodia Angelorum. Nam Cherubini custodiunt paradysum: motores cœlorum Angeli sunt: Ecclesiæ, singulisq; mortaliū præfunt Angeli, Psa. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: Isa. 62. Super muros tuos Ierusalem cõstitui custodes: tota die, & tota nocte nõ tacebunt.

2. Quin imo, Pl. 124. Dominus in circuitu portulæ sui. Ec Pl. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. 3. Sunt item eius septa preces Sanctorum. Ita 2. Mach. 15. vidit Iudas Ieremiam & Oniam Pontif. orare pro populo. 4. Sunt & sepes Doctorem scientia, quæ vulpes arcet hæreticas. Item Concilia. His profligata sunt hæreses omnes Ariana, Nestoriana, &c. & mores castigati.

VI. Turris in vinea Autoritas est Pontificis: Aut potestas Sacerdotum ad transfundendum. Qua quid sublimius? Angelos transcendit. Aut potestas Iurisdictionis. Rectius, Scriptura est turris fortissima. Cant. 4. Mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium. Inde & seruator arma tulit, obiecitq; tentator. Matt. 4.

VII. Torcular quid? An martyria? An poenitentia manans lacrymis? An Crux Christi exudans sanguine? Sic ipse: Thr. 1. Torcular calcavi solus. Ab omnibus vndique prouisum vineæ est. Isa. 5. Quid debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?

P A R S IV.

De vinitoribus.

I. Hierant Sacerdotes, Leuitæ, Scribæ: suntque etiam num.

Serui ad hos missi sunt Prophetae tempore Iudicum, Regum, & captiuitatis. At eos oderunt, occiderunt: serra Isaiam: lapidibus Amos: Michæam carcere & alapis affixerunt. Ieremiam in puteum demerserunt. Baptistam decollarunt: Dominum vineæ crucifixerunt: Martyres

res quot fecerunt? Vt talium persecuto-
ribus : Isti fructus à nobis repetunt pa-
tientia; fidei &c.

Ni demus : regnum dabitur genti facienti
fructum eius. 1. Abstulit ab Asia fidem,
quam ibi S. Ioannes plantarat: ab Africa,
Anglia, &c. 2. Et Sauli datum erat digno
regnum: indigno aufertur. Ieroboamo
tribus dederat decem : at vita effectum
improba; deturbauit regno. 3. Sodoma
terra erat sicut paradysus, Gen. 17. At de celo
vallatur peccatrix. 4. Decem populos
eiecit : & instituit Israelitas, Psalm. 104.
Dedit illis regiones gentium; & labores populo-
rum possederunt. Vineam igitur dignos fru-
ctus efferamus.

SABBATO POST DOMINI-
cam II. Quadragesima.

Homo quidam habuit duos filios: & di-
xit adolescentior ex illis Patri: Pater, da
mihi portionem substantiæ, quæ
me contingit. Luc. 15.

A Brahe, Gen. 29. Duo erant filij, Isaac
& Israhel: Isaaco item, Iacob, & E-
sau : nimium quam dissimiles moribus,
vita & benedictione. Tales & hi duo.

Quorum occasione nos

- I. De prodiga voluptate.
- II. De filio prodigo.
- III. De Luxuria, & dispensatione.
- IV. De regione longinqua.

P A R S I.

De prodiga voluptate.

A Rchytas Tarentinus, ait Cic. in Cat.
Maiores dicebat: Nullam capitaliorem
pestem, quam corporis voluptatem hominibus
anaturam datam esse: quæ insectis ciuidibus, de sa-
lute diffidas.

2. Hinc Dionysius Sophista mone-
bat: Mel neu plena manu comedas. Parce

sumta, mel est: at fel est hausta voluptas.
Euertit, quas inquinat, Respublicas.

3. Ionathas, 1. Reg. 19. queritur: *Gustans
gustauit in summitate virgæ, quæ erat in manu
mea, paululum mellis: & ecce ego morior.* Fi-
gura hæc est voluptatis veritatis, ideoque
mortifera.

II. Ea vero aut nascitur, aut pascitur
ex prodigalitate: Quo hæc quoque pe-
stilentior existit. 1. Ethnici Aforos & pro-
digos patrio inferri tumulo verabant; *Itemque
prodigali-
tas, quæ
infamia.*
quod hæreditatem eius decoxissent. 2.
Romani, teste *Alex. ab Alex. l. 2. c. 24.* gnato-
nes in theatrum productos ludibrio
propinabant.

3. Solon, ait *Laertius*: Legem tulit:
τὴν ἐστὶν ἡσυχίαν ἀπὸ πικρῶν ἀρχῶν & ἰσῶν. id est: *Proscipere
legibus.*
suam substantiam abliguriens inhonorus esto.

4. Id Phoco euenit Phocionis filio dege-
neri, ab Atheniensibus infami reddito
per gulam.

5. Iulius Paulus lib. 3. l. 12. Tabul. hoc ci-
tat Romanorum Prætorianum edictum:
*Quando tibi bona paterna habita, nequitia tua
disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis,
ob eam rem tibi eare, commercioque interdico.*
Item Leg. 2. xli. Tabular: *Prodigo bonis in-
terdictum esto.*

6. Arcopagitæ Athenienses volupta-
rios prodigos, velut perduellionis reos, *Capitalis
est.*
peragebant, mortique addicebant. De hoc
refert Athenæus lib. 4. *Var.* Democritum
ab ijs condemnatum exhausti patrimo-
nij fuisse: at causam dicentem, philoso-
phiæ, non voluptati se id impendisse, con-
tinuo absolutum fuisse.

III. Deus quoque auersatur prodiga-
litatem. 1. Nam *Ioan. 6.* cum insignitam
ostendisset liberalitatem 5. panibus & 2.
piscibus satiendo 5000. hominum: par-
simoniam continuo docuit subiiciens;
Colligite, quæ superauerunt, fragmenta. 2. Ita
Exod. 16. Liberalissime manna deplue-
bat: at plus, quam in diem sat esset, colli-

noiebat. *Ne quid nimis* effet cuiquam, unde vel cibum vilipendendi, vel quoquo modo abutendi foret occasio. 3. Eo si hic infert parabolam, an historiam? de filio prodigo.

P A R S II.

De filio prodigo.

Par filiorū
dispar.

Pater, da mihi. Is Deus Pater est, cui oramus *Pater noster*, qui es Iustorum & Peccatorum. En filij duo. 1. Ita Abraham *Gen.* 21. pater Ismaelis idololatæ; & Isaaci pij. 2. Et hic duorum pater, Iacob iusti, & Esau feris: ambo in Ecclesiâ vtero nati, educati. 3. Noe, *Gen.* 7. eadem in arca coruos habuit, & columbas. 4. Piscator, *Matt.* 11. Deus eodem in reti prouidentia habet bonos & malos. Ita hic homo quidam habebat duos filios.

Patri pudor est & meror.
Exempla filiorum prodigiorū.

Infelix pater, iuste doles, qui solum duos es nactus natos, & vtrumq; nequis habere bonum.

1. Quod si *Gloria patris est virtus filiorum*: iam certe prorum filiorum erit dolor patris. Alterum ex altero cuius est imare est. 2. Par fors Adæ, *Genes.* 4. in Abele & Cain: 3. Dauidi par, 2. *Reg.* 11. in Salomone & Absolone.

II. Exemplorum hodie nimio plus. Quot, quales nepotes? Quibus merito Diogenes Cynicus diceret, visa Iurconis domo venali: *Sciebam te post tantam ebrietatem ades etiam euomere debere.* 2. Athenæus l. 4. cap. 20. refert de Cresippo, qui post absumptum patrimonium, etiam lapides de sepulcro patris diuendit. 3. Plato videns nobilem iuuenem, ante prædiuitem, nunc pauperem in angulo plateæ frustum panis rodentem, ait: *Si moderate prandisses, melius iam cenares.* 5. Philosophus quidam, apud Aelian. l. 12. ait: *Agrigentini ædificant, quasi semper victuri: & comedunt, quasi semper morituri.* Id de pinatoribus dicâs licet.

II. Miseri parentes, quorum sudores, curas, & animas dilapidant proles. 1. Bene Crates Thebanus omnia bona sua nummulariis Reip. tradidit, ea conditione; darent suis liberis frugis: at frugiperdis futuris negarent. *Laert.* l. 3. 2. Phocion quoq; oblatam vim pecuniæ repudiâs, vrgentibus pro liberis eam acceptaret, ait: Brusonio teste, l. 3. c. 7. *Si filius vitam moresque composuerit, viuet paterna hereditate contentus: si prodigus fuerit, nec hoc argentum suffecerit.*

Patrum
estamta
de filijs pro
digi.

P A R S III.

De Luxuria, & dissipatione.

Dissipauit omnem subst. suam viuendo luxuriose cum meret. id est, gula, & luxuria. 1. Hæc Samsonē perdidit, *Iud.* 15. *Vixit luxuriose cum Dalila: prodegit substantiam roboris sui; In pristinum deuenit.* 2. Sichem, *Gen.* 34. *Dinæ amoribus omnia prodegit, vitam, & regnum.* 3. Salomon, 2. *Reg.* 11. cum septuaginta Reginis, & 300. concubinis dissipauit honorem, sapientiam, animam, fidem, &c. 4. Vere *Prou.* 29. *qui nutrit scortum, perdet substantiam suam.* Est hoc, vt hirudo vbi adhæsit semel, aut exugit omnem sanguinem aut crepat. 5. *Eccl.* 19. *Vinum, & mulieres facient apostatate sapientes.*

Luxuria
1. eneruat.

2. Spoliat
regno.

3. Honore.

4. Omnib.

5. Facit
apostatate.

Exemplū
scortis pro
diuitiū.

Prodit Athenæus l. 5. c. 12. Phrynem lupam corporis euulgatione tantum fecisse questum, vt dirutos ab Alexan. Magno muros Thebanos instaurare potuerit. Idque sibi licere vltro postulauit, addita epigraphæ: *Alexāder euertit: Phryne meretrix erexit.* Eam, ait *Plut.* l. de fortuna Alex. Statuam auro solidam Veneri in Delphico templo dicasse, cum titulo: *Ex Græcorum intemperantia: Eam vt Crates vidit, ait. Hoc tropæum est de Græcorum petulantia.* O quot hodie Phrynæ, ac Laides? Quot, qui dissipant omnem substantiam suam & spiritalem, & temporalem; viuendo luxuriose?

II. A-

P A R S IV.

De regione longinqua.

I. **S**ed fare, age, fili prodige, tute nobis fortunam ecfare tuam. Te quibus in oris procul iusti perditum? In peccati, inquis, regione. 2. Est illa vere extra anni, solisque vias posita; tam longinque peccator secedit: *Longe a peccatoribus salus*, ait Psaltes. 2. Inter peccatum, & gratiam tam longinqua est intercapedo, vt apostata: angeli viam ingressi nunquam emetiriqueant 3. Eadem in via Cain, Pharaon, Epulo, &c. aeternum aberrarunt. Adam in eam longe deerrauit, vt quater millibus annorum redire ad certa & tuta nequiret. Deus caelo lapsus quaesuit te peccator, in praesepio, Aegypto, deserto, cruce, sepulcro, inferno.

II. Qui vero te isthic iactarunt casus? *Disipauit omnem substantiam suam, omnem Dei gratiam.* 1. Euenit, quale de Ierosolyma vaticinatus Iesus. Luc. 19. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici Dei vallo: & coangustabunt te vndique; & ad terram prosterment te & non relinquent in te lapide super lapidem.* En vastitas. Dirior in anima ex peccato est; vt omnib. gratiis exuatur.

2. Declarat id Dominus in seruo nequam, Matth. 18. *Iussit eum venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quae habebat.* 3. Cyprianus serm. 88. de lapsis. *Hoc sunt peccata lapsis, quod grando frugibus: quod turbulentum sidus arboribus: quod armentis pestilens vastitas, quod nautis saeva tempestas.*

4. Vt Ion. 2. nautae exonerarunt nauim, demum Ionam ipsum eiecerunt: ita animam peccatricem daemones meritis spoliant, ipsamque demergunt. 5. Velut Hypanis vastus fluuius praedulcis, vt primum cum riulo alienae aquae miscetur, fit amarus: ita anima quantisuis beata ab virtutibus, paruo tamen riulo peccati corrumpitur.

Peccatoris
& Dei di-
stantia.

Peccatoris
vastitas.

II. Agit cum homine prodigalitas, vt *Genes. 9.* vinum cum Noe: hoc inebriatus nudatur orbi toti: sic illa hominis vitia reuelat, & paupertatem denique. Dalila detondet Samsonem, & eneruat, & simul inneruat: lupa virum expilat, effeminatque.

Aaron Israelitis opes adimit, idolumque conflat. *Exo. 32.* Ita prodigalitas conuerit fortunas in idola flagitiorum, quibus cum fornicatus homo pereat. *Quorum Deus venter est*, Phil. 3. viuendo luxuriose. Hoc monstra edidit facinorum. 1. Quale quod Cleopatra, *Plinio teste*, in cana vnius secunda mensa intulerit pretium librarum auri 750. 2. Quod Vitellius Imp. ientacula, prandia, coenas disperiebat: & singuli apparatus non minus, quam quadraginta millibus nummum constabant. Luit. Nam Vespasiano Imp. declarato, ipse vno & iaqueo iniecto pertrahitur in forum. *Sabell. l. 2.*

3. Salomone profusior an vllus: (at mysteriosa in eo omnia.) 3. Reg. 4. Erat autem *cibus Salomonis per dies singulos XXX. cori simila, & 40. cori farina, 10. boues pingues, & 20. boues pascuales, & 100. arietes: excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubulorum, & auium altilium.*

4. Praetor Rom. ad Lucillum misit, vt vestes in Ludos concederet: continuo misit ei centum millia eiusdem coloris pupurei. Hic sine luxus?

5. Num minor Heliogabali? *Lamprid.* Is in rosacea balneabat: lampades balsamo alebat: in croceo stertebat strato; vestem nunquam bis eandem induebat.

6. Caligula nepotinis sumtib. omnes superauit. Gemmas pretiosissimas acetoliquatas; obsonia, panesque ex puto auro apponebat; gemmatis puppibus utebatur, &c. O luxum prodigum, & prodigiosum.

* *

Age igitur peccator, deserelupas, regionesque longinquas, sues, & scelera: accide supplex Deo; dic: Pater, peccavi in caelum, & coram te. Nam malum coram te feci. Miserere.

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ Feria II.

Quanta audiimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua.

Luc. 4.

Ioseph, Gen. 34. in patria, etsi charus patri; at fratribus exosus fuit, greges seruabat, plebeius agebat; demum venundatus est. Mutat caelum, extraque patriam breui par sit Regi, adoratur. Ita Iesus domi inglorius, fabri filius, subditus parentibus, mechanicus habitus fuit: at foris mira patrat mirus.

Nos huius occasione

- I. Quod iudicia Dei verenda: non querenda.
- II. De hoc: Fac & hic in Patria.
- III. De miraculis ex dono gratis dato.
- IV. De miraculis gratum facientibus.

PARS I.

Iudicia Dei verenda; non querenda.

I. *Est inex- plicabile.* **V**idua Dei abyssus multa. 1. Limantes Iphigeniæ, filix Agamænonis, immolationem pinxit & cognatos vario luctus schemate circum: at patris vultum velo obnubebat. Sciscitanti causam ait; luctus patris tali in re & loco coloribus nequeunt adumbrari. Ita iudiciorum Dei abyssus tutius filetur; quam verbis delineari laboratur. 2. *Admirabile.* Quales Exod. 25. supra Propitiatorium Cherubini passis alis stant illud operientes, & intuentur attoniti: ita quo plus homines, & Angeli confiderant iudicium Dei; hoc longius id fugit ab oculis.

3. Ioannes vidit, Apoc. 5. librum, intus forisque scriptum, signatum figillis 7. quem legere, vel aperire nemo in caelo, terra, infra terram poterat. Liber est iudiciorum Dei: intus arcana prædestinationis; foris providentiæ. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

II. Hic Rubus ardentis Iustitiæ, & lucentis Misericordiæ; at spinosus à difficultatibus, Exod. 3. Nimirum illud est, de quo, Psal. 17. Posuisti tenebras latibulum suum. 1. In eo quadratura latet circuli. 2. Ibi trāsus maris rubri ac profundi. 3. Is fluius est inuadabilis Ezechieli, cap. 45. sed fit vsque altior.

II. Quid? 1. Philosophi fluxum, refluxumque maris non capiunt; & Dei iudicia prædestinantis, ac reprobantis quis ceperit? 2. Nec medicus de morbo interiore iudicat; nisi ad exteriora se det foras. 3. Nec Astrologus de futuris coniectat; nisi ex aspectu, motuque siderum. Ita ne quisquam de iudiciis Dei quicquam, nisi per coniecturam.

Et tamen hominum ea est curiositas, vt circa has fyrtes natitare: ea temeritas, vt scrutari maiestatem non vereantur; in regia Dei inuadens atria. Audet, & quatit: Cur hunc inter Turcos nasci voluit Deus? Istum baptizari, non hunc? Hunc in cunis mori; decrepitum illum? Cur hunc ingeniosum; bardum alium? Cur hic prædestinatus; non is? Cur Petri miseratus; non Iudæ? Cur potius Adæ ac posteris dedit locum pœnitentiæ; ac gratiæ; quam Lucifero & aßeclis? Cur in Iudæa non Chaldæa nasci: cur in patria non edere miracula, sed alibi voluerit? O audaciam percun-
dandi!

PARS

P A R S II.

De hoc: Fac & hic in Patria.

*Gratia di-
uersa di-
uersis dan-
tur.*
I. **G**RATIA gratum facientes offeruntur
omnibus, vti necessaria: at gratis
data: quales sunt miraculorum; lingua-
rum, prophetia; dantur paucis. Sed & v-
traque non æqualiter omnibus. Nam Io-
ann. 5. Spiritus, vbi vult, spirat.

Neque coelorum idem vbique sunt
influxus: in oriẽte nascuntur gemmæ; in
occidente metalla; Africa leones, Aqi-
las Barbaria, crocodilos Aegyptus pro-
ducit: &c.

Hic segetes, illic veniunt felicius vna.

Ita nec Deus omnia dat omnibus dona
gratiarum. *Quanta audiimus facta* in So-
doma, in diluuiio? *Quanta* in Lege Mosai-
ca, in Aegypto, in mari rubro, in deserto?
Quanta Elisæus, Elias? *Quanta* in Caphar-
naum, Galilæa, iudæa? *Fac & hic* in Naza-
reth. Et cur non ð Iesu? Psalm. 118. *Revela
oculos meos; & considerabo mirabilia de lege
tua.* Scholæ docent: *Idem manens idem sem-
per idem operari:* Psalm. 101. *Tu autem idem ip-
se es, & anni tui non deficient.* Cur igitur
non eadem in patria facis, ac alibi?

*Fides mi-
racula ne-
cessaria.*
II. **P**rimo. An quod Nazareni gentium
sunt infecti superstitionibus? Nam fides
ad miracula requiritur à Domino. 1. Vt
Marc. 6. Dæmoniaco ait: *Si potes credere,
omnia possibilia sunt credenti.* 2. Archisyna-
gogo Luc. 8. *Noli timere, crede tantum;* &
salua erit. 3. Martha Ioan. 8. *Si credideris, vi-
debis gloriam Dei.* 4. Chananaea Matt. 15. *O
mulier, magna est fides tua.* Ita vbi fides, ibi
sunt miracula: & vbi miracula, ibi saepe
fit fides.

*Miracula
nulla apud
hæreticos.*
Ideo in hæreticorum lustris ac mapa-
libus nulla vnquam vera miracula. 1. Ne-
gabat ideo miraculum Dominus Hero-
di curioso, Matth. 27. 2. Et Pharisæis,
Matth. 12. *Volumus à te signum videre.* 3.
Baaitæ 3. Reg. 19. ad rauum vociferaban-

tur: at nequicquam: nil signi edebatur.
Deerat fides. Orat Elias: iam ignis cælo
ruit; deuorat omnia. 4. Flumina Syriæ
lepram Naamani tollere nequibant;
quibat iudæa Iordanis, vbi Elisæus
morabatur, 4. Regum 5. In Ecclesia
dauis dicitur est Iesus.

Secundo. Sed cur denique non in pa-
tria facis miracula, Iesu? *Quia nemo pro-*
pheta acceptus est in patria sua. 1. Vt Gen. 40. *uersa.*
Ioseph domi exosus, despectus: in Aegy-
pto euehitur. 2. Moyses, Exod. 2. à matre
in scirpea fiscella exponitur aquis; ab a-
liena Pharaonæa educatur. Num. 12. Ab
sorore ridetur; à suis tantum non pene lapi-
datur: at à Rege & Principibus eximio cum
honore accipitur. Exod. 17. 3. Dauid, 1. Reg.
17. à fratribus despicitur, & 6. 25. ab Na-
bal: at Israelita, & chori Virginum de-
cem millibus vnum anteponunt. 4. Da-
niel, 6. 5. Mardochæus, Esth. 7: quantos ex-
tra patriam honores indispicuntur? 5. Eliã
persequuntur Israelita: 3. Reg. 17. Miran-
tur alii, ac venerantur. Item Elisæum; et
si, 4. Reg. 2. à pueris subsannetur. Sic & Do-
mino euenit, à ciuibus fastidito.

Tertio. Ideo non fecit in patria: quia
Aet. 10. *in veritate comperi;* quia non est per-
sonarum acceptor Deus. 1. Ita Herodiani,
Matth. 22. *Magister scimus, quia verax es, &
viam Dei in veritate doces;* & non est tibi cura
de aliquo: non enim respicis personam homi-
num. 2. Tob 31. *Deus non accipit personas Prin-
cipum.* Eodem vultu respicit pauperum ta-
bernas, regumque turres. 3. Ita & Rex Iosa-
phat ad regni præfides, 3. Par. 19. *Non est a-
pud Deum nostrum iniquitas; nec personarum acce-
ptio: nec cupido munerum: quasi dicat; pari
modo vos sequa læce iustitiã administratis.*
Facebant igitur curiosæ quæstiones:
cur facit hoc Deus? Cur istud? & c. Aequa
Deus voluntate succurrit Sareptana pau-
perculæ, 3. Regum 38. & Naamano Prin-
cipi Syro.

PARS III.

Demiraculis ex dono gratis dato.

Pœnagula.

I. Porro similiter dicamus: *Quanta audiuimus facta in gulofos: fac & hic.* Adam eiecisti ex paradiso, *Gen. 3* Esau. *Genesis 25.* ob edulium lentis abiecisti: Eruptionem, *Luce 26.* ad inferos proturbasti. Balthasarum, *Dan. 5.* comessantem occidisti. Cur non modo similia in lurcones similes?

Pseudo-prophetarum.

Quanta audiuimus facta in falsos prophetas. Et quidem, *3. Regum 18.* in 400. Baalitas. 2. In profanos Esau posteros: *Genesis 27.* In Cain, *Genesis 4.* In persecutores iustorum Aegyptios. *Exod. 14* In fornicatricem lezabelem, *4. Reg. 9.* In hæreticos atatum superiorum, ac nostra memoria: *fac & hodieque.*

Cur miracula in primitiua Ecclesia. Figura.

II. *Quanta audiuimus facta in primitiua Ecclesia?* Nimirum illis tunc initiis necessaria, cum oleum & lumen nondum in magna lampade Ecclesia abundaret. 1. Figuram gessit nascentis Ecclesie vidua Sunamitidis, *4. Reg. 4.* cui pauperula oleum auxit Elifæus: Ita S. Spiritus cum visibiliter in paruulam Ecclesiam descendisset, adauxit illis & fidei, & charitatis oleum: adeo, vt Iudæa vasa id omne capere non possent: sed necesse esset etiam aliunde sumere mutuo, & gentes vocare ad Ecclesiam. *Act. 13.* *Ecce conuertimur ad gentes.* Quin imo *Psalm. 18.* *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Quod quam grande miraculum? Idem vero hodieque durat.

2. Simile præstitit Elias, *3. Regum 17.* Sareptanæ viduæ, apud eam commoratus. Nam ei *hydria farina non defecit; & lecythus olei non est imminutus.* Ita in Ecclesia Spiritus non imminuitur vsq; ad consummationem.

S. Spiritus quater missus.

III. *Quanta igitur audiuimus facta in Catharnaum Ecclesie?* Quater namque

visus descendere Spiritus. In Baptismo, *Ioan. 1.* In transfiguratione: *Matt. 17.* In Pentecoste. *Act. 1.* Denique per miracula, quæ indies designantur.

Quanta fecit Iesus viuens? quanta moriens? In Iar Samsonis, *Iud. 16.* omnia contentientis, & philistinam euertentis domum, cum moreretur: Ita Dominus orbem tremefecit: euertitq; Synagogam, ac idololatriam, moriens.

IV. Porro *quanta audiuimus facta ab Apostolis?* Petrus, *Act. 3.* claudum natum stitit verbo: umbra, *cap. 5.* morbos depulit. Ab Angelo, *cap. 13.* carcere educitur: paralyticum, *cap. 9.* in Lydda restituit ad vires: ad vitam Thabitam in Ioppe.

Quanta Paulus? 2. *Cor. 12.* In tertium celum rapitur: Carceri eripitur, *Act. 16.* Reparat claudum Lystris, *cap. 14.* Pythoniis *cap. 16.* exorcizat. Euthychum suscitatur mortuum. *cap. 26.* Naufragos in mari Cretico eripit. *cap. 27.* Viperam in Melita edomat. *c. 28.* Cætera, & ceteros fileo Apostolos, eorumq; posteros.

V. *Quanta hodieque eduntur in orbe in Ecclesia?* In orbe naturalia: in Ecclesia supernaturalia *quanta?* Sileo ista. Quia, vt ait August. tract. 24. in Ioann: *Quia solita sunt; mira non sunt.*

Hæc vero in Ecclesia *quanta?* Mortui resurgunt peccatores: celo ignis gratiæ descendit: Eucharistia quantum miraculū? &c. Et ista in domo Sareptanæ viduæ, Ecclesie, quoad gratias gratis datas.

PARS IV.

Demiraculis gratum facientibus.

I. *Quanta Valia vero in Palatio Naaman Syri, quo ad Baptismum, & ad gratias gratum facientes?* Hic, cur hunc saluat, non illum? Cur hunc ex Christianis nasci: ex Saracenis istum vult, ac baptizari? Primo certum habe, vbique gentium cuique satis adesse Deum, vt salua-

In omni
lege, loco,
gente, tem-
pore saluus
est.

ri possit, dummodo velit. Habent salu-
ficam Christiani fidem, Iudæi legem,
gentiles naturæ lumen: Nam *signatum est*
super nos lumen vultus tui Domine. In exitu
Israël de Aegypto, *Exod. 14.* nubes ignea
præiit: symbolum ea fidei nostræ fuit.
Magos stella antecedebat, *Matth. 2.* item fi-
dei nostræ signum. Illi in lege, imo tunc
in natura; vt & hi. In lege Iosias Rex vi-
tam mutat in melius vellectulo affixus.
4. *Regum 21.* Rursus naturæ ductu ostendit
Deum: in Naaman figura est. 4. *Regum*
5. Eius captiua ait: *Vtinam fuisset Dominus*
meus ad prophetam, qui est in Samaria, profe-
cto curasset eum à lepra. Ita cuique suggerit
ad salutem, & mundationem necessaria
in distinctus naturæ, vt ex Syria transeat
gentilitia, hæreticaque, ad Samariam Ec-
clesiæ; Ita, vt sint inexcusabiles, *Roman. 2.*

Non igitur vllam vult creaturam per-
di Deus: *Vult omnes homines saluos fieri.* Id-
circo *Genes. 19.* Misit Angelos in Sodo-
mam: Moysen, *Exod. 5.* in Aegyptum.
Danielem, *cap. 5.* in Babylonem: Eliam, 3.
Reg. 17. in Sareptam: Elisæum, 4. *Regum 4.*
in Sunam: Ionam, *capit. 4.* in Niniiem: Ie-
sum: *Ioan. 4.* in Samariam: Apostolos in
mundum vniuersum. Iesus paradisum rese-
rauit, & celos fidelibus, orbem fidei, &
fidem orbi toti aperuit: Et ista miraculis,
quæ hodieque operantur. Verere igitur
homo sciscitari, quare hoc, illud ve facit
Deus?

FERIA III. POST DOMINICAM
III. Quadragesimæ.

*Si peccauerit in te frater tuus, vade,
& corripe eum inter te, & ipsum
solum.* *Matth. 18.*

DEUS *Exod. 23.* præcepit; qui animal
proximi quodcunque vagum per
agros viderit oberrare; id protinus ad
possessorem adduceret; quo fit indem-

ne. Ita cuique Deus hic mandat de proximo
suo aberrante, vt correptum eum redu-
cat ad mentem, ac Dominum.

Super quo nos

I. De Admonitionum vtilitate.

II. De Correctione fraterna.

III. De excommunicatione.

PARS I.

De Admonitionum vtilitate.

I. PLATO roganti amico, quid sibi gra-
tissimum præstari vellet, ait: *Si quod so-*
in me indecens videris, id libere arguas. Chri-
stiane! At non hoc arguentem vitia red-
arguere. Quin isti hoc nec ethnicum est.
2. Apelles, quicquid pingebat, in publicū
exponebat; vt apta, ineptaq; audiret iu-
dicia, sicq; disceret: Ita cupientem profi-
cere, delectet obseruari, ac argui iuste, li-
ue iniuste: vtroque proficit.

1. Liuius Druso Romæ Tribuno plebis, *Exempla*
ædificanti palatium ait architectus: sic
struam vt nulli in domum sit prospectus:
Et Drusus. Imo sic strue, vt omnibus vi-
tro pateat introspectio. Adeo propatulo
ago omnia, vt à popul. Roman. iudicari
queant acta mea. *Teste Velleio Pat. lib. 2. 2.*
Alexand. Magnus ministrum ab annis
XII. dimisit; quod nullum vnquam in i-
pso vitium arguisset. Et principes tole-
rarent assentatores aulicos: 4. *Dispar A-*
lexandro Herodes: qui Baptistæ vocem
hanc: *Marc. 6. Non licet tibi habere uxorem*
fratris tui: ferre nequibat.

1. At Dauid, 2. *Reg. 12.* audiit Nathan; *Fidelium.*
fletusque ait: *Peccauit.* 2. Heli, 1. *Reg. 3.* audi-
to Samuele ait: *Dominus est; quod bonum est*
in oculis suis: faciat. 3. Ezechias, 4. *Reg. 20.*
grauiter ab Isaia, ob thesauros Assyriis
superbe ostensos, reprehensus, placide
ait: *Bonus sermo Domini, quem locutus es:*
quasi dicat peccauit: ecce ego inflagella para-
tus sum. Discite igitur fraterne moneri, &
monere; sicque ab iniuicem proficere,

PARS

PARS II.

De correctione fraterna.

*Hac pra-
standa pro-
ximo est.*

I. Correctio est actus religionis, signū pietatis, character Christiani. 1. Certe Eccl. 27. Vnicuique Deus mandauit de proximo suo. 2. Quod si enim tutori incumbit cura clientis corporalis; quanto magis cura animæ? 3. Quod si, Deut. 32. Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis; sed reduces fratri tuo. Item Exod. 23. a finis proximi, In fossam, aut subonere lapsus, subleuari iubetur: ergo (infert S. Chryf. hom. 1. ad pop. Antioch.) quanto potius tenetur homo hominem erigere, qui cecidit?

*Necessa-
ria in re-
publ.*

Plato lib. 1. de Legib. Correctionem ait fraternam reip, necessariam esse: sancitque vt optimi quique ad incarcerationum ad-eant ciuem, delictique moneant, vt ex in sollicitus caueat. Idem hic statuit Dominus dicens: Si peccauerit, &c.

*Ad saluan-
das ani-
mas.*

Iudas in Canonica ait: Illos saluate; de igne rapientes, quasi dicat, admonitione fraterna animas eripite de peccati flamma.

Atque vt Jacob, Genes. 34. timens sibi ab adueniente armato Esau, suos in turmas diuisit tres: in prima ancillas cum liberis; in secunda, Liam cum prolibus; in tertia, charissimam Rachelem & Benjaminum; quasi omnia omisurus potius, quam hos duos. Ita peccandi occurrente periculo, potius bona fortunæ, & corporis vilipendamus; quam animæ detrimentum faciamus. Similem curam præstemus & animæ fratris; qualem pene nostræ.

*Est in præ-
cepto.*

II. Neque hoc: Si peccauerit in te, &c. cō-filij tantum; sed & præcepti est; adeo, vt vel ipsos superiores corripere teneamur. Non obstantibus. 1. Exod. 19. Qui tetigerit montem, morte morietur, id est: qui superiorem corrigere attentarit.

2. Oza, 2. Reg. 6. Arcam labascentem tangens, derepente moritur. Recte: irreuerentia hæc pœna est: at amanter superiores monere, est eos reuereri, & honorem ac salutem eorum seruare. Teneor eos diligere: sed monere est diligere: ergo & monere teneor. 1. Ita Paulus monuit Petrum verticem Apostolorum. 2. Ita, 1. Reg. 3. paruulus Samuel monebat summum Sacerdotem Heli.

3. Ita, 2. Reg. 12. Nathan Dauidem.

Est tamen præceptum hoc affirmatiuum; ideoque seruandum pro occasione. Non est negatiuum, quod semper, & v-bique obliget.

III. Correctio autem fit charitate & suauitate condita. 1. Nam, vt Isidor. li. de summo bono ait, Qui delinquentem su- perbo, vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. 2. Ideo Virgam vigilantem vidit Ieremias cap. 1. id est, oculatam, discretamque correctionem. 3. Moyfes, Num. 20. durius petram erat allocutus, & bis cum animo diffidente eam percusserrat, dicens populo: loquimini ad petram, & dabit vobis aquam. Ideo Dominus eum exclusit terra promissionis. Væ, qui fratres, vt petras, cum indignatione percutiunt lingua aut virga!

Abigail prudens vxor stulti Nabal, & ebriosi, eum scite temperauit. Ebrium sinebat tacens furere, & comminuere omnia, 1. Reg. 25. Diluculo vero, cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc; & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.

Vt tormenta explosa in obiectum solidum, id diffingunt: at si in humum, virgulta, sacco sue lana plenos; iam irritus cadit ictus. Ita cum tonantibus maritis obiectant se vxores duræ; aut silentio dissimulantes eludunt iram.

Nathan, 2. Reg. 20. quam cauto sermone, & parabolico corripiebat Dauidem, vt suo-

*Sed affir-
matiuo.*

*Esse debet
charitati-
ua.*

*Non ini-
mici.*

*Opportuno
tempore.*

*Alioquin
est irrita.*

*Sit & cau-
sa.*

vt suo pte virum iudicio constringeret, ac demum erumperet dicēs. Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Et mox David, peccavi. In pari causa incestus Baptista periculum adijt capitis, neque tamen Herodem offenderat prudens correptio, quia libenter eum audiebat: sed lupam fauciarat.

Altera est in fructuosa.

Giezi, 4. Reg. 4. baculo puerum excitemente nequibat: Elisæus autem sui ad eum accommodatione suscitabat. En, potest industria; quod vis, nulla. Itaque corripe fratrem inter te, & ipsum solum, vt Elisæus solum solus reuocauit ad vitam.

PARS III.

De excommunicatione.

Ecclesia est visibilis.

I. Si te non audierit, dic Ecclesia. Quid igitur Calvinista eam asseris inuisibilem? Quid, quod, Pl. 12 In sole posuit tabernaculum suum Altissimus? Et de tali Ecclesia fingent nobis hæretici idæam platoniam inuisibilem? Ens merum rationis? Nugæ. Audiri, adiri, appellari, cerni potest, debet: Dic Ecclesia. Qui Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, & Publicanus. En, excommunicatio hæc.

Excommunicatio est iudicatio.

Sed Prælatorum ea est, vi huius, Matt. 18. Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in caelis. Id quod fit in foro interiore per potestatem Ordinis, data Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata. Et in foro exteriori per Iurisdictionis potestatem, Censuras Ecclesiasticas infligendo.

Eius poena poenitentia dicitur exemplis.

Infœlix, qui fulmine anathematis icitur. 1. Cain, Gen. 4. hac tactus maledictione, nil vnquam prospere gessit. 2. Cham quoque, Genes 9. maledictus, seu excommunicatus oberrans ac tremens ferale toti orbi dedit spectaculum. 3. Esau, Gen. 28. paterna priuatus benedictione, profanus semper vixit; mortuus infœliciter. 4. Ficus etiam Matth. 11. maledicta continuo exaruit. At Bonis maiorib. spoliatur excommunicatus.

III. Quin sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Hoc omnium terribilissimum: vt pe-
ne nec Christianus sit talis magis, quam ethnicus. 1. Hæc vero est è cælo ad orbem deturbari cum Lucifero. 2. Omnibus Sacris ac salutaribus arceri. priuari, deseri, tradique Satanae. 3. Hoc est instar Nabuchodonosoris in deserto agere ferum inter feras. Heu! Ex Rege in brutum verti? 4. Trutinavit isthoc Theodosius Imper. qui mensibus octo excommunicatus egit afflictus, ac humillime pœnitens. Extabuisse, ni Ambrosius ipsum Ecclesiam restituisse. Teste Casiodoro.

Absentia priuatur bonis Christianorum.

5. Hæc est non Sacris tantum extorrefieri; sed ipso sanguinis Christi influxu priuari. Si orbis inferior cælorum influxu destitueretur, periret.

---Totaque discors

Machina diuisi turbaret fœdera mundi.

Et quid anima sine Deo? Sine Sacris, & Sacramentis?

IV. Accedit, quod, vt capitis influxu, Et merito sic & membrorum vigore destituitur fidelium.

excommunicatus. Omnes enim summi, infimi, Græci, barbari membra sumus inuicem. Et quisque potest dicere, Pl. 118. Particeps ego sum omnium timentium te.

Horribile illud. Orat Ecclesia, vt in Parasceue, pro Turcis, Iudæis, &c. & quâtitiscunque peccatoribus, non tamen pro excommunicatis.

Neque sat hoc, omni esse nudatum præsidio: etiam Satanae deduntur. Abscenti quantum à fidelium communione remouentur. 1. Ita 1. Cor. 5. incestuosus. 2. Ita 1. Tim. 9. Hymenæus, & Alex. Tradidi eos Satanae, vt discant non blasphemare. 3. Hinc Origenes: Per eos, ait, qui Ecclesia præsidet. Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum.

Deditur Satanae.

Denique sepultura prohibentur excommunicati; vt ne cum mortuis habe-

Sepultura Christiana priuatur.

Kkkk ant

ant commune quicquam, sed velut sepultura a fini sepeliuntur; Ioseph Gen. 50. adiuravit fratres ut sua ossa ex Aegypto exituri olim secum in Chanaan transferant. Tantierat ei vel mortuo cum mortuis fidelibus, aut viuos apud fideles communicatio Quo fulmen illud metuendum magis est, atque cauendum.

FERIA IV. POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

Populus hic me labiis honorat, cor autem eorum longe est à me.

Matth. 18.

NAbuchodonosor, Daniel. 2. in quiete vidit Colossum aureum capite; petore aneum & brachiis; fœmoribus ferreum; terreum pedes. Typus hic hypocritiosus est, aureæ labiis; corde luteæ.

Vnde nos in præsens

- I. Cor esse dandum Deo.
- II. De cogitationum malarum incunabulis.
- III. De Verbis, cordi, operique consonis.
- IV. De traditionibus paucula.

PARS I.

Deo cor debet.

Cor hominis est inter creata princeps, & Deo cõprimis expetitur. 1. Prouerb. 23 *Fili, præbe mihi cor tuum.* 2. Nec aliud ad Deum assimilitudine, quam cor accedit propius. Nam Deus motor est primus & autor vite omnium in mundo, at cor in homine.

Omne primogenitum sibi voluit Deo sanctificari, tam de hominibus, quam de iumentis: Exod. 12. At cor in homine est primogenitum, quare id Deo sanctificandum debetur. Nam teste Arist. cor est primum in homine viuens, & vltimum moriens.

Iud. 11. *Vouit Iephte Domino; si tradideris Amnon, qui primus egressus foribus domus mea mihi occurrerit, in holocaustum offeram: Tu cor offero.*

Lectulum Salomonis, Cant. 1. delictiosum sexaginta fortes ambibant. Cor est Pacifici nostri Iesu lectulum, vbi deliciatur. Eum sexaginta circumstantes sunt 10. præcepta Dei, 10. Ecclesiæ, 12. articuli fidei, 8. beatitudines, ecce 40 Item 7. dona Spiritus, 7. Sacramenta, tres virtutes theologica, tres personæ SS. Trinitatis. En sexaginta.

Iussit Deus, Num. 21. Arcam in medio castrorum constitui; quasi diceret; omnia perdenda potius, quam Arcam. Ita omni custodia custodi cor tuum, ut Deo dilectissimum; inque medio corporis ac potentiarum naturalium situm, & arx spirituum gratiarum, quo saluo, salua omnia.

Machabæi, libr. 1. cap. 1. montem, & arcem Sion imprimis muniuerunt etiam ab victualibus; & charissima quæque ibi deposuerunt, tempore hostilissimo. Typus hic cordis est custodiendi.

Nam vt, 2. Regum 4. Isbofeth meridionans in lecto, ostiaria dormiente, ab ingressis sicariis secundum inguen percussus occiditur: ira cordi euenit, dormienti in lecto voluptatum; inter has medias dæmones interueniunt, mortem inferunt animæ. Enimvero, sicut præ ceteris cor Deus charum habet; ita dæmon id maxime infestat.

PARS II.

De cogitationum malarum incunabulis.

Cogitatio parua sæpe culpa sit magna. 1. Thales Milesius, 7. Sapientum vnus. Laert. li. 1. cap. 7. sciscitanti; *Nosset ne sceler a Deus & actiones hominum?* ait; *Quin etiam cogitationes prauas.* 2. Ergo Isa. 1. *Auferte malum cogitationum vestrarum.* 3. Hæ

Hæ enim furunculi sunt, qui vt semel in domum surrepserunt, mox ianuas reserant prædonibus. Ecce exempla.

Initio præmendanda sūt.
 1. Lucifer ambitiosam cogitationum lam admiserat; hæc continuo grandem superbiam intromittebat. Hic prædo quas clades dabat? 2. Adam *Genes.* 3. oculum pomo adiecit vitico; mox irrumpebat ficarius dirus ac raptor superbia.

3. Dauid *2. Reg.* 11. per fenestram è solario lauante Bersabeam vidit, & periit. Nam mors inuit per fenestras, post suggestum cordi furunculum concupiscētia. Et mala quanta ex tantulo?

Initio inuolucrum malum.
 II. Paruus error in principio, maximus in extremo esse consuevit. Solenne est: *Ex parua scintilla magnus ignis.* 1. Ariana hæresis an non vel ab vnicò lota exorsa est? Christus namque cum sit *opere boni*; Arius per tendebat, quod esset *opere boni*. Quanta vero differentia est inter esse eiusdem substantie, & similis substantie cum Deo? 2. Paruus iapillus, *Dan.* 4. quantam quantæ statuæ stragem attulit? 3. Et vero nunquid simile est: regnum cælorum grano sinapis, quod minimum quidem est omnibus; cum autem creuerit, maius est omnibus arboribus: & sit arbor: ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius?

Parua non parua nocent.
 4. Et vice versa: non simile est regnum inferorum grano sinapis? & c. Ita in magnum exeunt orta à paruo peccata. Quid minus concupiscētiola? Attamen, vt Aristor. teste li. 3. de anima nihil in intellectu, quod non prius fuerit in sensu: ita nihil in anima, quod non prius in concupiscētia. Et o pus si fuerit improbum, maior ante fuit in animo improbitas. Nam propter quod vnumquodque est tale, illud magis est tale. Aristotel. 2. Poster. Quare suffoca, & elide paruulos: exclude latrunculos, & ab latronibus securus ages.

Exempla de malis. Hæresis. Hæresis.
 III. Pharao, *Exod.* 2. ab infantibus extirpationem eorum, quos oderat, institue-

bat. Seruatus est vnus Moyse; isque in exitium Pharaonis, & excidium Aegypti. Sic age ad ortum peccati.

2. Herodes, *Matt.* 2 suo regno consulebat ab infanticidio: Sic & Athalia. Tu anima. Nam *Pl.* 136. *Beatus qui tenebit, & alidit paruulos suos ad petram.* 2. *Cor.* 10. *Petra autem est Christus.*

3. Sic Augustinus ait: infestatum se cogitationibus ad pedes Crucifixi se abieciisse, ac ab iis respirasse. *Cant.* 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.*

IV. Vincit cor latentes insidias, & irruptiones violentas, quam diu, *Exod.* 17. *Moyse in monte manus tenet erectas in cælum, id est, mens vigilat in oratione.*

Huc videt oratio & rella insentio.
 Aquila, ait *Plin.* libr. 8. pullos, genuini sint an spurij, ad solis probat examē, huc si infracto intueri queant oculo. Sic age anima, cogitata, quæ procreas, ad iustitiæ solem adhibe, si recto intentionis oculo in Deum tendant, foue. Sin, abiice.

PARS III.

De Verbis cordi, operique consonis.

Huius præbatio.
 Verba, cogitationum sunt signa. Istorum est hoc *Psal.* 61. *Labia mea laudabunt te.* Ideo *Ezech.* 1. animalia quatuor clamabunt *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Ergo cordi labia respondeant. At quot Clerici psallunt; laici orant; & cor est in auro, poculo, lecto, granario, & c. *Populus hic labium me, & c.* Interna, externaque Deus iuxta postulat. 1. Ideo Tabernaculum foris pretiosis aulæis opertum erat; intus in ara ignis ardebat inextinctus, victimis mundissimis offerendis. Ita virtutes in nobis externæ sibi quidem consent; at intus anima ardeat caritate: quæ victimet Deo desideria pia, & cogitationes, & proposita.

2. Hoc sponsus prædicat in sponsa vocis

Kkkkk 2 cis

cis reduplicatione. Cant. 1. *Ecce tu pulcra es (intus) anima mea: ecce tu pulcra es, (foris) & cap. 4. Quam pulcra es amica mea? quam pulcra es?* Ambros. legit. *bona & ait bona verbis; & moribus: Glossa, intus & foris.*

Idem figuræ ab te reposcunt. 3. Arcam testamenti iussit Deus auro mundissimo vestiri intus, & foris. *Exod. 25.* Sic enitere debet charitate animus, & opus.

Alioquin omnia sunt hypocrisis mera.

II. Qui vero in templo Sanctos simulant, & domi diabolica viuunt. 1. Hi similes sunt babylonicis statuis: *Baruch. 6.* quæ foris inauratæ, intus ab serpentibus erodebantur. Ita isti, vt non sint homicidæ, adulteri, fures; at intus sunt ambitiosi, auari, &c. 2. Aethiopiæ splendida erant olim palatia: at attri intus inquilini, truces, toruique Mauri. 3. Iure Deus in Leuitico vetuit esum cygni: quod candidissimus plumis; at carne sit ater, & insipidus. Quot olores hodie in Clero, Religiosis? &c. Nivei apparent, cygnæumque fontant: at cætera corui sunt. 4. Clament licet: *Domine nonne in nomine tuo prophetauimus? Matth. 7.* At nescio vos. *Hic populus labiis me, &c. Vox est Iacob: at manus sunt Esau. Genes. 27.* Vah, quot ablutionibus utebantur Pharisæi? Sepulcra dealbata facefsite.

PARS IV.

De Traditionibus.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Hæ sunt duplices, Apostolica, & Ecclesiastica. Et illæ rursus aliæ sunt theoreticæ de rebus fidei: morum ac ceremoniarum: aliæ & practicæ. Vtræque & creditu, & obseruatu necessariæ: et si de iis in S. Pagina nec gry. 1. Vt Biblia esse Sacram Scripturam: Hoc Euangelium esse Matthæi: infantes baptizandos. 2. Apostolus, *Heb. 9.* ait Pontificem V. Testamenti fuisse capita populi aspergere sanguine; idque cum lana &

hyssopo: de quibus tamen nusquam in Lege: ergo ex sola traditione.

3. Idem ait *Act. 20.* dixisse Dominum: *Beatius dare, quam accipere:* cum tamen id nusquam in Euangelio: ergo in traditione. 4. Et Ioan. vltim. plura dixit, & fecit Dominus, quam scripta sint; quare & plura sunt acceptanda. 5. Quare, 2. Theofalon. 2. *State, & tenete Traditiones, quas accepistis siue per sermonem, siue per epistolam.* Et 2. Corinth. 11. *Sicut tradidi vobis, præcepta meatenete.*

FERIA V. POST DOMINICAM III. Quadragesimæ.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.

LUC. 4.

Habitauit Arca Domini, 2. Reg. 9. in domo Obededom tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum eius. Arca fœderis, & Arca Noe est Iesus: Hic iniit domum Petri; Et en benedictiones.

Super quibus nos

- I. De afflictionibus.
- II. De Petri, Ecclesiæque Calibatu.
- III. De socru Petri febricitante.
- IV. De Febri varia.

PARS I.

De afflictionibus.

I. Vrbe Romana magnis exultante legibus, ob deuictam Carthaginem Hannibalemque occisum, Q. Metellus orio in senatu dixit; metuendum Vrbi iam plus ab otio, quam ante à bello, & Hannibale.

Appius item Claudius alias aiebat: *Pace bellum vtilius Romanis est: & quam otium melius negotium.* Ita Christianis tribulationum turbines, quam Zephyri deliciarum vtiliores.

1. Ideo

1. Ideo in terra promissionis nunquam stirpites voluit hostes occisos Deus: vt iis Israel & exerceatur, & probaretur.

2. Ita in mundo per elementorum diffidia, proueniunt generationes rerum. Illa nisi frigida calidis, humentia ficcis concorditer miscerentur, iam Vniuersum rediret in confusum chaos. Ita anima eueniret, cui ad votum daret omnia Deus; nec fineret aduersis exerceri.

3. Ideo Pf. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti me:* Aug. vertit: *tribulasti me.* 4. Quin omnes Sancti canunt, Pf. 89. *Letati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.*

5. Nescit; at vsu didicit Paulus, quid Angelus Satanæ colaphisans sibi conferret. 2. Cor. 12. *Nimirum Ne magnitudo reuelationum extollat me.*

II. Quare vt sæuiens procella diluuij arcam denique in summis montium stitit, astris tanto viciniorem, quanto iactatior vndis fuerat: ita animas Deus afflictas euehit, & c. Gen. 7. *Multiplicata sunt aqua, & eleuauerunt arcam in sublime à terra.*

Iobo quis afflictior? At eodem postea quis gloriofior? cap. vltim. *Omnia reddita sunt ei duplicia. Durate fideles: Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Matth. 19.

Matth. 13. *Simile est regnum cælorum fermento, tribulationum acervo, quod mulier anima pia abscondit in farine satis tribus: peccatorum, patientiæ, meritum: vti ista iis fermentescant.* 1. Nam quantum quid patitur, aiunt Philosophi, tantum reagit: ita patiens afflictiones anima patiendi promeretur; & promerendo patitur. 2. Quinimo nunquam agendo tantum, quantum patiendo, crescit meritum. Nam magna egit Iesus: at maiora pertulit, hisque debentur eius merita potiora. Hinc tanti Crux eius, & mors. 3. Et vere Rom. 9. *Non sunt condigne passionis huius temporis*

ad futuram gloriam non ait. *actiones.* Ideo Deus, quos diligit, castigat: vt Iobum vlcere, Tobiam cecitate, Apostolos tempestate, morte Lazarum, febre socrum Petri.

PARS II.

De Petri, Ecclesieque Cælibatu.

I. Tert. 1. de Monogamia ait: *Petrum solum inuenio maritum, propter socrum.* *Apostoli calibes fuerunt.*

At vocatus ad Apostolatam vere profitebatur, Matth. 8. *Ecce nos reliquimus omnia: ergo & vxorem.* Non igitur ex Sacerdotibus hoc exemplo promissæ: sed ademptæ sunt vxores: Hocque magis concubina. 1. Frequens fuit sacris inaugurari maritos: at inauguratos quoque ab thoro coniugali separari: ad reuerentiam Sacerdotij, & sanctimoniam. 2. Hodieque Schismatici Græci prius ducunt virginem: quam initientur: eaque defuncta alteram ducere nefas habent.

II. Figuras cælibatus amas? 1. In Lege naturæ Abel cælebs egit, Gen. 4. 2. Et Gen. 14. Melchisedech Sacerdos. 3. In Nouo T. IESVS: Apostoli, & c. 1. Cor. 17. *Volo autem omnes esse sicut me ipsum: dico autem inuuptis & viduis: bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego.* 4. Sacerdotes V. Test. teste Hieron. *contra Iouin. oues, boues oblaturi & domo sua abscedebant, & foris se inedia emacerabant.* Quo magis Mystra Christianus? Nec cogitet de muliere citra auersationem. 5. Nam vas mannae custos, aureum intustorum esse oportuit: Hebr. 9. Ita Sacerdos Iesu.

III. Romanis nefas olim foeminas castra sequi. Ideoque Darius, & Antonius putantur castris exuri fuisse: quod eas admisisissent. 2. Et Scipio Africanus, teste Val. Max. Numantiam obsidens duo millia meretricum castris expulit. 3. An ideo castra ab castrando dicta sunt?

Ideo certe Ecclesia, Can. 6. *Terribilis est Similis Ecclesia.* *vt ca-*

Kkkkk 3

clesia.

vt castrorum acies ordinata: cuius Duces Sacerdotes. Hinc præcipitilla, 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus: minus pollutis & carnalibus.

Quia Theologica est.

Cicero, repudiata Terentia, roganti Hircio, suam duceret sororem, ait. Non possum & rei vxoria, & Philosophiæ operam dare. Minus Sacerdos vel Theologiæ, vel Sanctimonix. Milites olim domo exeuntes, ad dicendum militiæ Sacramentum, dicebant: *Castra peto: valeat que Venus, valeant que puella.*

PARS III.

De Socru Petri febricitante.

Natura humana febricitans paroxysmi

I. Petri socrus tenebatur febribus. Humana natura est mater; filia Ecclesia: huic desponsatus Petrus fuit. O quantis illa febribus æstuaui, & quam diu? & iis contagiosis, violentis, lentis, vis morbi ad omnes pertransiit: non erat sanitas omni carni.

Paroxysmos enumeret? Paradisiacū: Cayninum: Diluuialem 40. dierum: Patriarchalem: Aegyptium 40. annorum: Eremiticum Israelitarum: Mosaicum: Ducalem, Regium, Babylonicum, denique exitialem. Quid de hortensi dicam, à Christo perpeffum agonisticū? Quid de Cruciaro? Crises hæ vnus Iesu cæteras supergressæ sunt vniuersas. Et si ad dictas annumeres & hæc: Flagrantis Sodomæ: Gen. 19. Aestuantis Samariæ, 4. Regum 17. Ab siti & siccitate triennali. Ignium cælo lapforum ad Eliæ vocem, queis quinquagenarii absumpti sunt: Aliasque similes.

Diurnitas.

Hæmorrhoiis 10. annis ægræ misertus Iesus. Luc. 8. At hac mundus febricitans fuit quater millibus annorum, sic vt à planta pedis, vsque ad verticem non esset sanitas in eo. Isa. 1.

Remedia.

II. Modos sui sanandi expertus est pe-

ne omnes. Vt Balnea maris rubri, Iordanis, diluuij, sanguinis victimalis. Diatas: vt famem septennem in Aegypto: Moyfes 40. dierum ieiunium in deserto. Cæli mutationem migrando ex Aegypto in desertum, in Chanaan: mutationem cibi, ideo manna datum. Frustra omnia.

Confuluit varios natura humana, vt sanaretur: Vt Patriarchas, Prophetas, Reges: Demum ita cum Iob. 19. queritur. *Miseremini mei saltē vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Amicos vocat Angelos: Sic Patres explicat. Ita cum Dauid orabat, Psalm. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Et hoc frustra. Donec Deus ipse naturam humanam assumeret: Tunc, ait August. *magnus de cælo medicus venit, quando magnus in terris iacebat ægrotus.*

III. Et introiit in domum Simonis. Quæ domus? 1. An B. Mariæ vterus? De qua Psalm. 92. *Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudine dierum.* 2. An ipsa humanitas nostra? De qua Ioan. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* 3. An hic mundus? Quo domus aspectabilis nulla splendidior. Huius muri sunt montes, cæli fornices, terra pauimentum. Aer & aqua sunt atria, nouem cæli contignationes, Planetæ fenestæ, portæ quatuor Oriens, occi: meridies, septentrio. In hoc iacebat æger homo.

PARS IV.

De Febri varia.

Tenebatur magnis febribus. Hæ varia. Quotidiana. Vt gula. 1. Hac epulo est mortuus Luc. 16. Hanc incidit Adam, Genes. 3. quod crudum pomum comedisset. 3. Elauit em. Genes. 25. quod lentem comedisset. 4. Hac periit Sodoma, Genes. 19. Vnde Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ: superbia, saturitas panis, & otium eius, & filiarum eius.*

Febris illa facili mutatur in aliam. Ita gula

Medici.

Verus medicus Iesus.

gula in libidinem. Sic Loth. *Genes.* 20. ebrius commisit incæstum. Noe, *Genes.* 9. ebrius ijs nudatur, quæ 600. annis texerat. 2. Aut in idololatriam tranfit. Ita Israelitæ sedebant, & bibebant, & surgebant ludere. *Pf.* 72. *Prodyt quasi ex adipe iniquitas eorum.*

Tertiana tenentur inconstantes, qui sunt vt *arundines vento agitata.* *Matt.* 11. Qui vt canes reuertuntur ad vomitum. Hac laborauit Pharao: *Exod.* 9. populum dimittere iam volens; mox nolens. Et Achab. 3. *Reg.* 21. coram Domino se iam humilians; mox ad grauiora relabens.

Quartana vexantur luxuriosi: prima dies est suggestionis; secunda delectationis, tertia consensus, quarta operis. Ea vrebatur Magdalena, Samaritana, Adultera, Dauid, Herodes, Saræ mariti 7. Senes contra Susannam. Ea omnium est pertinacissima.

Continua est Auaritia: hæc infatiata nunquam remittit: nec noctu. Vnde ille in strato, *Luc.* 11. *Quid faciam, ait, destruam horrea mea.* Sic Iudas, *Matth.* 26. *Quid vultis mihi dare. & dormientibus cæteris, ipse venit cum cohorte militum vt caperent Iesum.*

Lenta febris laborant acediosi: quales *Matth.* 20. *Quid statis hic tota die oriosi? Tales & Sodomitæ: vnde & perdit sunt.* Horat.

Otium Reges, prius & beatas Perdidit vrbes.

Pestilens febris est hæresis, contagiosa comprimis, ac perniciofa. O vos, qui hac laboratis, ad domum Petri accedite, quæ est Ecclesia. In hac & medicus & medicina est.

FERIA VI. POST DOMINICAM
III. Quadragesimæ.

Venit IESVS in ciuitatem Samaria, quæ dicitur Sichar.

Ioan. 4.

Rachael, *Gen.* 29. ad aquatura gregem ad puteum venit; venit & Iacob, eius consobrinus, ac proin osculatus est eam, & hoc futuri fundamentum matrimonij erat. Ita Samaritana & Christus ad puteum conueniunt, colloquuntur; ac ad spirituale matrimonium sese iniciantur.

Super quibus nos

- I. De Gratia præueniente.
- II. De Iesu fatigato.
- III. De petente Iesu bibere.
- IV. De causatione Samaritana.

P A R S I.

De gratia præueniente.

Theologis de gratia præueniente docetur ea; quæ sopitos in peccatis excuscat.

1. Qualis *Act.* 9. Saulem subito circumfulsit lux de cælo, adhuc spirantem minarum ac cædis in discipulos. Pro hac luce orat *Pf.* 41. *Emittelucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum.* 2. Hæc stella est, *Matt.* 2. quæ antecedebat Magos.

3. Tres Mariæ Dominum vincturæ, *Marc.* 16. orto iam sole gratiæ præuenientis veniebant. Ita peccatores post passionem exeunt peccatis, veniunt cum aromatis contritionis, confessionis, satisfactionis, orto iam sole. Nam *Psal.* 126. *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris: quasi dicat: Sine luce gratiæ nihil poteritis: At cum ea vos in cursu peccatorum stiterit, vt sedeatis ad rationes cum conscientia.*

scientia. tunc *Surgite*; & gratiæ præuenti pari succedite passu.

4. *Est Angelus.* 4. Ita *Gen. 19.* Angeli ad Loth: *Surgite, & egredimini de loco isto. quia delebit Dominus civitatem hanc.* *Surgite* de peccatis. 5. Ita Nathan ad Dauidem, 2. *Reg. 12.* fatur; vt velut è somno peccati excitatus se demum agnosceret, dicens, *peccaui.* Quod Nathan idem agit & gratia præueniens. Idem hodie ipse fons gratiæ Iesus ad fontem pergit. Vbi Samaritanam præuertit gratia; conuertitque, vt relicta peccatorum hydra recurreret in Sichem penitentia, ibique prædicaret Iesum.

PARS II.

De Iesu fatigato.

Christus fatigatur peccati cenera.

I. **I**esus fatigatus ex itin. sed. super fontem. Ecce fatigatum; sed sub pondere peccatorum tuorum: 1. Quia *Agnus est*, qui tollit peccata mundi. *Psal. 39.* *Sicut onus graue grauata sunt super me iniquitates vestrae.* Quo sub onere si cæli Atlas Iesu fatiscat; homo non succumberet? 2. Isest Iacob, *Gen. 29.* propter puteum reclinatus, videtque scalam crucis, ac penitentia, seu reconciliationis: quæ hinc terram tangit iustificando peccatorem; inde cælum, communicando gloriam quondam hominibus, nunc Angelis. 3. Ita sedebat Ismael, ex Aegyptia ancilla, natura humana, prognatus, in deserto Samariæ siti emoriturus, *Gen. 21.* *Fatigatus*, ait August. vt verum se hominem, ac humanis subditum miseris demonstraret.

Item itinere nos quaerens.

Sed ex itinere fatigatus, quo nos quaerebat, de longe veniens. Nam *Psal. 18.* *A summitate cæli egresso eius:* Et quidem exultauit vt gigas ad currendam viam. Viator admirandus. Ibi reliquit 99. & hic quaesiuit perditam ouiculam vnã per deuia, deserta, ieiunia, lapidationes, &c. Ecce itinera: Ex cælo in vterum, hinc in præsepe, tum in Aegyptum. Ibi te non reperto

redit in Iudæam: tum in Palestinam: peragrat omnia triginta tribus annis; iam in Samaria quiescebat. At necdum finis. 3. *Reg. 19.* *Surge, comede, ambula: longa tibi restat via, ad oliueti montem.* Circumductabere per compita Solymæ: baiulanda crux erit: adque inferos descendendum: ad cælos ascendendum est: Hæc via restat.

II. Interea iam sedes solus, derelictus; *Solatio ca. vt nec habeas*, quo haurias. 1. Dauidi, 2. *rens. Reg. 25.* egenti in deserto, occurrit & vltro obtulit necessaria Abigail. 2. Eliæ 3. *Reg. 19.* miserus Angelus panem attulit mæsto, sedentique in deserto. 3. Danieli in lacum, *cap. 4.* attulit prandium Abacuc inde ex Chaldæa in Babyloniam. Christo hic fatigato affert quicquam nemo.

Quin mage, 1. Herodes in cunis vagentem persequitur: *Matth. 2. 2.* Dæmon esurientem in deserto tentat, *Matth. 4. 3.* Pharisei in fontem oderunt & criminantur. Et Samaritana quoque arguere quasi nititur. Nullum vsquam solatium.

III. Nihilo tamen minus descendit in Samariam Viator noster: 1. vt Samson, amore Dalilæ, *Iud. 14.* in Philistæam: vbi obuium suffocat leonem: breui post fauum mellis in rictu reperit eiusdem. Ita Iesus, amore captus animarum, dum obit varia, incidit in lænam humanam naturam, quam suffocat quoad peccata: & de ore eius exit mel præconij de Iesu. 2. Rebecca, *Gen. 24.* forte ad puteum conuenit cum Eleezaro; hic eam heri Abrahamæ filio desponder: Ita Iesus Samaritanam sibi similiter ad puteum forte conuenientem. Secundum hoc *Osæ 2.* *Desponsabo te mihi in fide.*

3. Quid Sauli inopinato euenit? Rex vngitur. 4. Ita & Dauid, nil tale cogitans, in Regem eligitur, 1. *Reg. 16.* & *Psal. 77.* *De post factis accepit eum Deus.* Quod beneficium

scium prædicat Ps. 117. *Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ut colat eum cum principibus.* Quanta hæc gratiæ sunt præuenientis argumenta? Et il-
lius, quæ immeritos è luto educit, ad so-
lium gratiæ subuectos ac gloriæ.

PARS III.

De petente Iesu bibere.

Gratia nos præuenit
I. **M**ulier, *da mihi bibere.* Hæc prima in-
sinuatio est Iesu, itemque gratiæ
præuenientis. Prior diligit Deus, & allo-
quitur animam prior. Et ideo, iubet in V.
T. Sacerdotes mane primo surgere ad
offerendum pro populo, ignemque sacri-
ficialem succedere. Ita & Prophetas mis-
sos ad prædicandam pœnitentiam iussit
matutinos inire, & circumire urbem
prædicatum. Ita IESVS præuenit hic pec-
catricem: *Da, ait, mihi bibere.*

Terris non
Achabo properanti ad vineam Naboth
occisi occurrens Elias, ait, 3. Reg. 21.
*Ecce ego inducam super te malum, & deme-
ram posteriora tua, & interficiam de Achab
mingentem ad parietem.* Ita peccatori oc-
currit Deus, minatur, terret: quasi tuæ li-
tiens salutis ait: *Da mihi bibere.*

Inuitans
2. *Da mihi aquam tuæ conuersionis.*
ecce te quærendo ut fatiger, &c. *Da mihi
bibere: Sitio.* Sic item sponsam animam
appellat: Cant. 1. *Aperi mihi soror mea: quia
caput meum plenum est rore, & cinnami mei
gutturis noctium:* quasi dicat. Ita circuiui,
laborans ac quærens, te ut inuenirem;
dare que *mihi bibere.* O molles affatus læ-
fi ad peccatricem! Non exprobrat ei ad-
ulteria, lasciuia, &c. Sed *Mulier, ait, da
mihi bibere.*

Præueni-
II. Et tantillum tanto, tamque benigno
quis abnuat? Atque facilius potes Christo,
tuam ficienti conuersionem, hanc præ-
stare; quam haustum frigidæ.

1. Quid? Dauide dicente: 2. Reg. 23. *ô
si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, qua*

*est in Bethlehem, iuxta viam: si inquam,
tres eius fortissimi vel per hostium cu-
neos sese penetrarunt, ut Regi votum
explerent, ac sicim: quid peccatorem a-
gere par est Christo, in re tam præstito
facili, ac salutari?*

2. Quantula sunt postulata Dei; & quã *Satana pa-
ra diaboli? Hæc tamen huic præstantur rere diffici-
à quantis, quoties? cum quantis periculis liss.*
ac molestiis? Ille postulat aquam tuis pecca-
tis eluendis: hic iubet per saxa, per ignes,
per & enses, & vndas te currere, lucelli
spe dubij, aut voluptulæ breuis; & ec-
ce, volas. ô peruerfitas!

Exemplis eam inspice. 1. Baalitarum, 3. Re- *Exemplis
gum 18. se cultris dilacerabant, lanceolis id liquet.*
dispungebant, fœde cruentabant toros;
ut idolum sibi propitiarent. 2. Idolola-
træ, *Ezech. 23. &c.* filios ac filias idolis
immolabant: eis que *Exod. 32. in aures, &
cimelia pretiosissima quæque offerre
iubebantur.* Et tu Deo Iesu negas aquæ
pœnitentiariæ tantillum? Quantas in V.
T. pœnas reposcebat Deus pro quantu-
la culpa?

3. Neque opus est rogare Dei Filium, *Iugum Chri-
ut eas minuat; ipsas eas pertulit in se; & si suauē
imminuit nobis. Iuste olim insurgere est.*
populus in Roboam Regem, ob iniquas
exactiones: 3. Regum 12. *Pater tuus du-
rissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc
inminue paululum dei iugo grauisimo: & ser-
uiemus tibi.* Iustus animæ rebellant dæ-
monis iugo, Legisque Veteris. At vero
Christi *iugum suauē est, & onus leue.* Matth.
11. Vere *Isaias, 62. & Matth. 21. Ecce Rex
tuus venit tibi mansuetus.* Et talitantum
abnuas?

III. 1. Angelos Abraham, *Genes. 18. Vocanti
quam promte, officiose, laute excepit? parendum
Tuque minus angelorum Dominum? est.*
2. Iacob, *Genes. 27. tantum dixerat: Affer
de venatione tua, & benedicat tibi anima mea:
& ecce volat vterque natus, materque*

Curarum fatagit: 2. Iussit olim Deus, Exod. 36. contribuam ad parandum Tabernaculum! Et ecce, Obtulerunt mente promptissima, atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus Tabernaculi, quicquid ad cultum, & ad vestes sanctas necessarium erat. Viri cum mulieribus praeberunt armillas, & in aures, annulos & dextralia. At modo in noua lege petitur: *Da mihi bibere*: & quotus quisque dat, quantulum, & quatenus?

Quia potest fieri facili- ter.

4. Obtestor te, o peccatrix anima, non sis tardior, quam carnifices, qui audito hoc, *Sitio*, cucurrerunt, & dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Das illi terius acetum pertinaciae, & myrrham impoenitentiae, cum ei aquam petitam negas.

Quia licet gloriose & gaudiose.

Quo cum gaudio audisse putas hanc somnij sui interpretationem pincernam: Gen. 40. *Tres propaggines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: dabisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras.* Et tibi, o anima, quae olim Deo a poculis fuisti; & excidisti: quod esse gaudium deberet, cum in officium te reuocari audis ab dicente: *Da mihi bibere?*

Ohe: iam satis, Rachael, bibere camelitæpus est, quo ipsi pastori, seruo Abrahe, des potum; qui te sibi delegit uxorem. Et eam esse te ex hoc signo cognoscit; si des ei bibere. Gen. 24. *Da liberaliter.*

PARS IV.

De causatione Samaritana.

1. *Taburna.* I. *Q*uomodo tu, Iudaeus cum sis, à me potum petis; quae sum mulier Samaritana.

1. Dura, inhumana, indiscreta mulier: negas petenti? Quin offers, & rogas? Quin te indignam fateris, quæ potum præbeas? imo quæ corrigiam ei soluas?

2. *Causa.* *quam friuole.*

2. Quam te friuole excusas: Vt Adam, qui fici foliis nuditatem suam obtegebat. Ita multi querunt excusationes in pecca-

tis. 3. Laudanda tamen es illo, quod pro tua, quamuis impia superstitione zelos intentione non obstinata, nec mala. Sed nimium, quam immisericos es in sitientem.

O si scires donum Dei? quod præmium sit frigida haustus amore Dei datusegenti. Abigail, 1. Reg. 15. quod egenti Dauidi obtulisset necessaria; meruit regina fieri in Israel. At maior beatitudo: nam 2. Corinth. 9. est donum inenarrabile. Est Donum Dei Altissimi.

II. Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in aet. 1. *Aqua mundi fugida.* Quid hauris amaras ac foetidæ Marath? Exod. 15. Quid aquas, 4. Reg. 2. contagiosas Iericho? 2. Fatigaris à persecutoribus tuis in mundo; vt ceruus à venatoribus: ad hunc fontem anhelda; in hoc te demerge, & abde: vt ceruus ab canib. presus in aquas se iniicit.

1. Israelitæ ardentes siti in deserto, reuertitæ stuebant in Aegyptum. Num. 20. *Aque Dei gustata mutant mentes.* Vt primum vero aquam è petra gustassent, iam animum mutabant. Ita animæ vanorum cupidæ, vbi gustarunt è petra, quæ est Christus, facile omnia fastidiunt cætera.

2. Naamán, 4. Reg. 5. aquas Iudææ putabat non maioris esse efficaciam, quam Syriæ: at experitur: aliudque sentit, & testatur. Quam is liberalis in Elisæum, ac Deum? Quare mundi aquas fugite: etiam hydrijs ibi relictis: aquas viuentes prædicare.

1. Vt Galaadita, milites Iephthæ, occupauerunt vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat: Iud. 12. Ita Satan per suos satellites obsidet aquas mundi; in perniciem appetentium ipsas. 2. Vtq; Holofernes, Iud. 5. Bethulienfes fontes obsedit per centenarios: ita Satan, &c.

Itaque Isa. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas. Respiciate vos, & agnoscite: dicetis gementes: Anima nostra sicut terra sine aqua tibi.*

tibi. Attu Chrifte, Pſal. 35. *Torrente voluptatis tua potabis eos.*

SABBATO POST DOMINI-
cam III. Quadrageſimæ.

*Adducunt ei mulierem in adulterio de-
prehenſam.* Ioan. 8.

VSanna, Dan. 13. caſtiſſima, adulterij ſaccuſata, ad Summum Sacerdotem adducitur, qui eam lapidationi addicebat. Sed in ſons ab puello declaratur, dū ducebatur. Sic adultera, ad Ieſum ducta, abſoluitur, quamuis rea, accuſatoribus confuſis.

Cuius occasione nos

- I. De adulterio.
- II. Punitiones, & deteſtationes adulterij.
- III. De adulterio & abſolutione.

PARS I.

De adulterio.

I. Celerum enormitatem ſingulorum Senarrans, Amb. I. de Abraham; adulterium, ait, etiam ſeris ac barbaris deteſtabile. ceteris omnibus eſſe nequius. 1. Plut. in Apoph. refert Lacanarum tantam olim caſtitem fuiſſe; vt negarent fieri poſſe, vllam tam ſui fore immemorem, quæ iſto ſe ſcelere obſtringeret. 2. Hinc cataclyſmus orbem demerſit, Genef. 8. vt abominationem iſtanc elueret. 3. Ignis Gen. 19. Sodomam expurgauit. 4. Tribus Beniaminica, Iud. 29. ſtirpitus pene deleta fuit ob idem flagitium. 5. Regnum Dauidis, 2. Regum 12. ob idem periclitatum eſt.

II. Libido, eſt iniuria naturæ, quæ deprauat: 2. Iniuria Deo, cuius legē ſpernit: 3. Angelis, quorum puritati aduerſatur. 4. marito, cuius thorum violat. 5. Matrimonio, quod contemnerat: 6. Iuri ciuili, quod ſpurios proſeminat, &c.

Ephel. 1. *Sacramentum hoc magnum eſt,*

ego autem dico in Chrifto, & in Eccleſia: ideo in hanc, & in illum eſt iniurium adulterium. Violat inſtitutum Dei in paradifo: Benedictionem ac cohoneſtationem eius à Chrifto factam in Cana. Ioa. 2. 8. Lædit ſignificationem vniti Chrifto cum Eccleſia, cum anima, cum Humana natura: qua vna perſona cum Dei Verbo eſt facta in duabus naturis: Sicut in matrimonio ſunt duo in carne vna.

III. Omnis retro vetuſtas adulterium eſt execrata.

1. Apud Græcos ſas erat cuique adulterum interficiendi. 2. Aegyptij grauius in adulteria, quam homicidia vindicabant. Hinc, Gen. 12. metuebat Abraham ſe pro adultero profugo habendum fore, & occidendum. Ideo ait, *Dic ergo obſecro, quod ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea in gratiam tuam.* 3. Romanis adulterium par erat crimini læſæ maieltatis. 4. Lycurgus, Spartanus Legislator, eandem pœnam fanciuit illi & parricidio: Nec vllam tamen expreſſit: rogatus cauſam, ait: Neminem reor fore, qui tam ſit immane facinus vnquam commiſſurus. 5. Iudæi adulteros lapidibus viuos ob-
ruebant. Liquet vel hic.

PARS II.

Punitiones, & deteſtationes ad-
ulterij.

SEmpet, & vbique gentium adulteria ſeuere punita fuerunt. I. In Lege natura: Gen. 20. Deus Abimelech, Regi Gerar, quod Abrahæ detineret vxorem, ſic minatur: *En morieris propter mulierem, quam tulifti: habet enim virum ſuum.* 2. Sichimitas, Gen. 34. Simeon & Leui interneſione deleuerunt, ob Dinam ſororem violatam. 3. Ioseph in ſons accuſatus attentati facinoris, Genef. 39. carceribus addicitur. 4. Diluuium, Genef. 6. vindicabat adulterium. Ita fideles.

LIII 2

II. Quid

Duo gra-
uitur.
1. Ex pœnis
liquet.

1. Ex mul-
tiplici in-
iuria.

5. Ex Eth-
nicorum
deteſtatio-
ne.

1. Mori.

2. Excidium.

3. Carcer.

4. Dilu-
uium.

5 *Exoculatio.* II. Quid ethnici ac barbari? Zaleucus, Loerenfium legislator, teste *Valer. Maxim.* l. 6. cap. 5. adultero vtrumque erui oculum fanciuit. Labitur ipfius filius. Deprecantibus pro eo ciuibus fibi vnum, alterum filio eruit, videndi vsum vtriq; relinquens.

6 *Denafatio.* Aegyptij adulteros deflagellabant: adulteras denafabant, *Herod.* l. 5. Refert de Pheroe Aegypti rege, qui decennium caecus egit, expertus omnia nequicquã; demum Oraculo confulto iubetur vrina fœminæ non adulteræ lauare oculos, fic vilium recipiendum fore. Latus facilitate remedij, ab regina petit vrinam, quam fidiffimam credebat: ac illa detrectatione fe reddidit fufpectam. Nec abs ré Ergo aulicas ac nobiles ex ordine fingulas appellat matronas: demum per ciuicas obit, perque ruflicanas; nec erat reperire, cuius vrina oculis proficeret reluminandis, fimul thoralem fidem probaret. Ac fero didicit Rex, quam rem rebatur facillimam, effe vnam omnium difficillimam. Ad vltimum hortularia paupercula, fuæ confcia fidei reperitur: cuius lotium vt vel attingit oculos, iam cæcitatem detergebat. Hic Rex fœminarum rogos excitat toto regno; ducitque hortulariam in Reginam.

7 *Cœclufio fœminarū.* III. Parthi, teste *Iuftin.* l. 4. vxores fuas ita domi claudebant, velut in carcere forent: nulli dabatur aditus, affatus, afpectus.

Alex. Magno, ait *Plut.* in *Apoph.* adducebatur forma, quam famameliore fœmina; quæ fcificanti cur ferius veniret, ait; ferius vir meus altum indormijt, quominus fubducere me quiui. Hic Alexander ad fuos. Ergone me adulterum effe velle putatis: quod maritatam adducitis? Ego vero nihil perinde deteftor. Apage male fida viro. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.

Cinnefes adulteram fic puniebant: ait *Plut.* In foro infidentem saxo omnium ludibrio exponebant: dein impofitam afina per vicos veftabant: fic infamem finebant viuere. Iufte: nam adulterium natura iniuria eft, ait *Sanct. Ambrof.* l. 5. Hexam.

Mahumetes in Alcorano *cau.* 34. præcepit adulteranti mille flagrorum ictus infligi. *Procopius* l. 1. de bello Goth. ait etiã Legatos, adulteri conuictos, occidi oportere, etfi iure gentium ab omni vi habeantur indemnes.

IV. In lege Mofaica, *Leu.* 20. *Deut.* 22. dicitur: morte moriatur & Mœchus, & adultera: Lique exemplis fuperius.

Leges ciuiles morte vindicant adulteria. Prodit *Dion. Caffius*: Seugrum Imp. capitalem tuliffe legem: breuique fpatio tria adulterorū millia morte damnaffe.

Tennes Rex Tenediorum lege mortem adulteris decreuit. Poft fit reus eius filius. Scificantibus, quid agerent? Hoc, ait, quod lex iubet. Et plexus eft. Sic *Herodius* 5. *Dec.* l. 6. *L. lul. de adul.* l. 30. dicitur: Sacrilogos nuptiarum gladio puniri oportet. In XII. Tab. t. 2. Mœchum, in adulterio deprehenfum, nec to. Leo Imp. eam legem fic moderatur; vt Mœcho nafus præfcindatur; mœcha monafterio includatur.

V. Sed, quod peffimum; fæpe mœchi caftas coniuges fuas faciunt mœchas. Quafi fas effet.

Frangenti fidem fides frangitur eidem. Improbum & in Theologicis, & Politicis dictum hoc: factum improbius? Quale & itud triuale:

Conua qui faciunt; ne cornua ferrere recufent.

Sed vos matronæ repetite animo *Sufannas*, *Iudithas*, *Lucretias*, &c. *Porcia*, *Catonis filia*, laudanti pudicitiam tranfeuntis ad fecundas nuptias, ait, Non cenfo honestam,

neſtam, quæ plures vno maritos habuit. Quid talis de adulterio cenſuiſſet?

P A R S III.

Da adulteræ abſolutione.

Abſolutur
Quia.
Alia nūc
tempora.
Et iudicia.

I. Adducunt ei mul. in adult. depr. & eam ſtatuant in medio. At ſuam ipſe ſententiam, minime interponit. Quid, Ieſu? Lex tali flagitio lapidationem decernit: in idem olim Sulphureos imbres, diluuij rabiem, peſtes, mucrones, mortes immiſiſti: Et tu, Matthæi 5. non veniſti ſoluere legem ſed adimplere: & hanc impunem, tamen & indemnem dimittis? O tempora meliora! O miſericordiam? Agite; Spem animumque reſumite peccatrici-
ces:

Quia Iu-
dex eſt me-
na miſeri-
cordia.

Non deſperetis vos, quæ peccare ſoletis. Aduocatum habetis Ieſum potius, quam vindicem; tantum nolite amplius peccare. Is eſt, qui ait, Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris; ſed magis vt conuertatur, & viuat. Oſe. 6. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Vere is eſt Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper ac parcere. Non venit, vt iudicet mundum; ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Ergo abſoluit eam

Quia ac-
cuſatores
Et iudices
miſerant
grauius
vni.

II. Et id etiam propter hoc, quod accuſatores eius, Phariſæi ac iudices magis rei eſſent, adulterij ſpiritualis minimum. 1. Vnde alias ad eos ait, Matt. 12. Gens praua, & adultera. Pf. m. 49. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Itaq; ſibi ignoſcebant multa; alteri nihil: Eſt autem vnus adulteræ omnia Dominus. 2. Qui ſine pec. eſt, inquit, primus in eam lap. mittat. Qui ſtalem abſoluendi rationem audiuit vnquam velex cogitauit? Noua eſt. 3. Vos vero iudices, erudimini, qui iudicatis terram. Memineritis iſtius Ciceroniani contra Salluſtium: Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere. 4. Iſrahelitz, Iud. 20 decer-

nunt bellum aduerſus tribum Beniamin ob vxorem Leuitæ conſtuprationibus exanimatam: Eos tamen vetuit Deus in aciem prodire prius, quam ſua ipſi delicta expiaſſent. Ita primum iuſtus ſis ipſe tibi: dein alteri. Alioquin Pf. 49. Peccatori dixit Deus; quare tu enarras iuſtitias meas?

4. Quia iudices erant inſufficientes.

Nec ſolum vacare debet culpa iudex culpæ: ſed & virtute, doctrinaque polle- re; velut alis duabus auis. Et tamen quot ſine iſtis ad tribunalia euolant? Legem daturus Deus noluit à bruto montem tangi. Vah quales hodie beſtiæ in monte illo Iuſtitia etiam ſtabulantur.

5. Quia cõ-
plicam non
adduxe-
rant.

III. Demum & adulterum adductum oportuit. 1. Nam viri in hac re delictum eſt maius, quo eſſe maior conſtantia debet. Quo grauior Adæ, quam Eux culpaceretur. 2. Oportebat & maiores in vrbe, propalam eiufdem delicti reos, adduxiſſe: Inprimis Regem ipſum Herodem 5. ſed eſt, vt Anachariſus Philoſophus aiebat: Leges aranearum telis ſunt ſimiles; muſcas captant: aues vero perſingunt eas, & erubrones. 4. Diogenes rapiſurem ad furcam videns, clamat: Magni fures paruum ducunt.

Dat veniam cordis, vexat cenſura columbas.

4. At tu Domine derelictis ades: abſoluis, quos condemnat mundus. Inquit; Nec ego te condemnabo mulier. Clementiſſime Domine, tute olim lues: quod nunc indulges. Nos abſoluis; te inuoluis.

DOMINICA IV. QVADRAGESIMA FERIA II.

Prope erat Paſcha Iudeorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam, & inuenit in templo vendentes.

Ioan. 2.

PHinees, Num. 35. nepos Aaronis, cum ethnica Madianite peccantem Zombri propalam confodit ſecundum genitalia.

LIII 3 talia.

taliam. Adeoque placuit is zelus populo, vt æternum ei Sacerdotium decerneretur. Ita IESVS zelatur in fornicantes contra Templum.

Super quo nos

- I. In Deum cadere iram.
- II. De templis Dei cultui construendis.
- III. De antiquitate vsus templorum, ac vniuersalitate.
- IV. De ementibus ac vendentibus in templo.

PARS I.

In Deum cadere iram.

Decent id
1. Dist.

NEgabant Stoici in Deum cadere irasci: cum affectus vel passio, & mutatio absint à Deo: Itemq; & virum Sapientem esse ^{ut videtur} oportere.

Errabant. 1. Rectius philosophatur Moyses Exod. 32. *Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui.* 2. Psal. 6. *Domine ne in furore tuo arguas me.* 3. Zach. 1. *Effunde iram tuam in gentes.* 4. Rom. 1. *Reuelatur ira Dei in celo.*

2. Facta.

Dictis facta suffragantur Angelorum è celo proturbatio. E paradiso protoparentum expulsio. Gen. 3. Diluuium, Gen. 7. Sulphureus ignis Sodomæ. Genes. 19. Aegyptiorum, Exod. 14. in mari rubro submersio. Israelitarum, Num. 22. neces ab ignitis serpentibus. A peste hominum septuaginta millium, 2. Regum 22. Cædes centies octuagies millenorum Assyriorum facta per Angelum, 4. Reg. 19. Cædes primogenitorum. Exod. 11. Captiuitates Iudæorum iam in Assyriam, post in Babyloniam abductorum. Demum hodierna extemplo vendentium exturbatio. Ad instar Samsonis, Iud. 13. a finæ mandibula fugantis Philistæos, & mille prosternentis. Mirabilius Christi est factum, viri talis, in tali loco, inter tot ac tales, vrbe tota infectos vni.

PARS II.

De templis Dei cultui construendis.

I. Templum quantum honorant Catholici: horrent tantum hæretici. Ea vel demoliuntur, vel deserta squalent apud ipsos: vno, altero ve excepto suis conciliabulis habendis. Sed odio Satanam ipsi; nos Deum imitamur amore templorum & honore. Ac tamen in omni loco Deus adorari queat: Nam, inquit, *Cælum, & terram ego impleo*: certa tamen ipse loca sæpe delegit, vbi vim, gratiam ve maiorem exeruit.

1. Vt Deus erat Deus ante, quam carnem induisset, implens omnia: hanc tamen vt templum elegit, in ea mirabilia magna ostendebat. 2. Ita in toto habitat corpore anima, inque singulis partibus: vna tamen, quam in alia, nobiliores effectus operatur: Id quod vni præ altero dat membro præstantiam. Ita Deus. Psal. 138. *Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum ades: nihilo tamen minus in templis vult adorari.* Psalm. 114. *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.*

3. Vt sol ex æquo lumen suum disperdit in sidera, inque orbem: & obit axem, signaque Zodiaci duodena, simul anni tempora distinguit: simul alios, alioque hic, alibi que, nunc, aliasque alios atq; alios producit effectus, &c. Ita Deus, et si in cælis collaudetur; reluceatq; in beatis mentibus, alia tamen per alios operatur; & aliter alibi colitur: Coli vero hic in templis voluit; ideoque & hæc ipsa coli.

4. Enimvero quid est, quod rupibus ac montibus delectatum olim Deum Scriptura prodit? Legem Tabularum in Sinai dedit, Exod. 19. In Thabor, Matth. 17. transfiguratur. In Oliueti, agonizat. In Caluariæ, cruci suffigitur. Matth. 28. Supra petram fundat Ecclesiam. An quod præcel-

præcella templorum perinde se amaturum domicilia innuat? Reor equidem. Facta eius attestantur. Qualia enim, quot, quantaque in templis Admiranda, Divinaque abs Deo patrata fuisse historiae produnt?

Sabbato. 11.5. Quare sicut diem abs die discrevit Deus, Sabbathumque præ alio habuit; ita & locum præ alio. Placuit ei Ierosolyma Templo destinata. Placuit ei Tabernaculum prius ac Propitiatorium.

Primogenitiua. 6. Ad hæc, *Exod.* 13. Deus sibi primogenita singulariter deposcebat, cum tamen *Dominus est terra, & plenitudo eius.* *Psa.* 23. Ita & loca quædam singularia.

Exemplum. 7. Quod si perinde sit, ac satis, ubique coli Deum: 1. Cur Magi tam procul exciti? 2. Cur Daniel per fenestram versus Templum. *Tribus temporibus in die sequebatur genua sua, & adorabat?* Danielis 6.3. Cur in captiuitate Chaldaica Iudæi *Psal.* 136. *Super flumina Babylonis queruntur. illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion?* 4. Cur Apostoli Petrus & Ioannes ad templum ad horam orationis non ascendunt? *Act.* 3.5. Cur B. Virgo Maria, voti rea & filium Deo ficit in templo, hocque quotannis itinere longo inuisit?

Sacerdotium. Omnino sicut delectum habet ministrorum in sacris Deus; ita & locorum.

PARS III.

De antiquitate vsus templorum ac vniuersalitate.

1. Ju. V. T. **V**sus templorum est peruetus. Nam in deserto fuit Tabernaculum ex Dei præcepto, & præscripto. *Exod.* 26. 2. In Palæstina, 2. *Reg.* 7. *Ego habito in domo cedrina, & Arca Dei posita est in medio pellium.* Et templum quo sumtu, splendore, conatu, arte, &c. constructum fuit: vide 3. *Reg.* 5. 6. 7. 8. *Destructum instaurauit Zorobabel.* 1. *Esd.* 2.

Apostoli vero templa condiderunt, vbi vbi prædicauerunt. *Matthæus* in Aegypto; *Ioannes Ephesi*, *Bartholomæus* in India. Teste *Abdia* Apostolorum æquali *libr.* 2. *hist. cap.* 27. *Eusebius* scripsit sub *Claudio Imp.* & scribit, iam tum vbiq; stetit templa Christo. Orbem dein *Constantinus*, ac *Helena mater* implerunt templis.

Apostolici viri idem studuerunt. *S. Apostolice Martialis* annis abhinc 1500. per *Aquitaniam*, *Galliam* que *Fidem*, miracula, templa sequebatur: atque vt idem facerent fideles epistolis admonebat, vt *Burdigalenses S. Stephano* templum collocarent.

Idem & egerunt, & suaferunt, & iusserunt decem antiquissima Concilia. Quorum vox vna. *Si quis Domum Dei docet contemptibilem esse debere, anathema sit.*

Quocirca hæretice, templorum violator, & expiator, interroga *Patres tuos*, & dicent tibi, ac metue Dei flagellantis iram, innumeris exemplis contestatam: vt vel hodie Flagello eiecit. *Tantane ecclesiis ira animis?*

PARS IV.

De ementibus & vendentibus in templo.

I. Ementes, & vendentes. Quos? An beneficiorum Ecclesiasticorum profanatores; possessionum sacrarum inuadores; ac depeculatores? Hi sunt qui templum vertunt in spelæum latronum, ac prædaram receptaculum. 1. Hi sunt noui *Philistæi*, 2. *Reg.* 3. qui captiuam Dei Arcam sub eodem tecto, inque ara vna cum *Idolo Dagon* constituunt: *questum putantes esse pietatem.* 2. Hi sunt *Tyrri*, *Sidonij*, *Babylonij* qui Templum profanant. De quibus *Ioel* 3. *Argentum meum & aurum tulistis cito, velociter reddam vicissitudinem.*

3. Hi

Noni T. Apostolorum.

S. Apostolice.

Cœciliorū.

Templariū profanatores Simoniaci.

3. Hi sunt Nabuchozonofores; Dan. 3. qui post plura beneficia inuasa, distracta; euerſaq; templa demū ſtatuam auaritiæ, vel luxuriæ ſibi collocant: quaſi rem præclare geſſiſſent: Deniq; vero toti obbru- teſcunt in beſtias verſi infernales. 4. Hi ſunt iſti Balthaſariani templorum præ- dones, quorum ſe prædis ſaginant epu- lantes; vſque dum eis ſubito ſuperueniat in- teritus. 5. Sunt Heliodoriani, 2. Mach. 3. ſpoliatores templi. Væ, & flagellabuntur ſimiliter atrocius.

A Deo, & Angelis puniendi.

O vos Angeli, templorum, ararum- que tutelares; hos pro meritis tractate pertinaces. 1. Sicut è cæli templo pro- fanos violatores Luciferianos exturba- ſtis. 2. E Paradisi larario ſacro protpec- catores eieciſtis. 3. E choro Apoſtolorum Iudam: 4. Sic hoſce coruos ex arca expel- lite. Sed adhuc manus Domini eſt extenta, armataq; flagello. Væ ab iſtu: Fugite à ven- tura ira. Nolite Domum meam facere ſpelun- eam latronum. Vos aliis Eccleſiam, ac cæ- lum reſeratis; & ipſos vos excludetis?

Hæretici.

II. Sed & hæretici Domum Dei faciunt ſpeluncam latronum. Latrones ipſi ex ea egreſſi, quod eam latrociniis compleue- runt? In hos, Ieſu flagellum para, ac vi- bra; hoſ eiſce animarum nundinatores, ac diuenditores. Quid? Vel ipſam SS. Tri- nitatem vendunt, produnt, blaſphemāt. Vendunt, proterunt Chriſtum, Sacra- menta, Sacra omnia, Sanctos, Vota, Mo- naſteria, ieiunia, &c. Vos, vos feciſtis eam ſpe- luncam latronum.

Sacerdoti- bus ſancti- monia or- netur.

III. Quo honeſtior eſſe ac ſanctior vi- ta, vocatioque Sacerdotis allaboret. Me- tuat flagellum Dei: latronum exempla punitorum, ac eiectorum. Sed priuſquam euellerentur, exaruerunt. 1. Sic luceat lux veſtra, vt ſiderum: quæ, etſi nebulis ob- uaporentur; hiſ tamen non attinguntur, minus obſcurantur; minime vllam vn- quam ecclipſim patiuntur. 2. Recogitate,

& veſtros honores reſpiciate, ipſiſ Ange- licis ſuperiores.

1. Hinc S. Franciſcus aiebat: ſi occur- riſſentambo ſibi; priuſ Sacerdoti, tum Angelo deruliſſet honorem. 2. San- ctus Antonius, quem obuium habebat Myſtam, ei ſupplex accidebat, petens be- nedictionem. 3. Conſtantine Magnus in Nycæna profeſſus Synodo eſt: ſua ſe purpura contecturum Sacerdotem, quæ peccantem vidiffet. Sacerdotes appel- labat ſuos Patronos, aut Patres. 4. Theo- doſius Imperat. ad pedes Sancti Ambro- ſij ſtratus ſupplicabat ab anathemate ex- olui. 5. Attila, terror & flagellum orbis, furens in Clerum Romanum ei vltima quæque minitabatur: ad Sacerdotiſta- men Leonis Papæ conſpectum inhor- ruit, poſuitque ſauitiam, ac vertit viam, vimque alio.

Sacerdotes ſunt, qui Templum faci- unt Domum orationis: ijdem latroci- nantes eiſciant oportet: non currant cum latronibus, nec portionem ſuam cum il- liſ ponant.

FERIA III. POST DOMINICAM
IV. Quadrageſimæ.

Ascendit Ieſus in templum, & doce- bat: & mirabantur Iudei dicentes, Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Ioan- nis 7.

REGINA Saba. 3. Regu. 10. longe veniens Rauditum Salomonem, ſic admirata ſapientiam viri eſt, vt vltra non eſſet in ea Spiritus; beatoſque ſeruos eius pronun- ciaret. Ita nationum omnium regina Sy- nagoga, audito Ieſu, obſtupuit, dicens: quomodo hic literas ſcit?

Nos circa idem in præſens

1. De inuidia.

II. De

II. De Doctrina Christiana Isagoga.

III. De legis Christiane admirabili præstantia.

IV. De scientia Christi.

PARS I.

De inuidia.

Ea est gloria comes.

ANacharhis Philosophus causam plerique doloris hominum rogatus edicere, ait: Inuidia est qua plus de alterius prosperitate ac virtute plerique dolent, quam de vitio. 1. Iliid. Nulla est virtus, quæ non habeat contrarium inuidie malum. 2. Sicut eos, ait Stobæus, qui in sole ambulant, umbra sequitur, ita incedentis per gloriam comes est inuidia?

3. Ideo Themistocles, Dux Athen. teste Plutarcho. iuuenis dicitur: Noui gesta mea necdum famam mereri; quod ea nondum inuidia comitaretur. 4. Verecete quidam Inuidiam appellat fortunatorum antagonistam. 5. Similis draconi, apocalyp. 12. qui cauda sua stellas trahebat; Ita virtutes rutilantes in anima nititur obfuscare inuidia.

Tubæ multorum.

O quot ista Megæra tragedias ciuit? Angelos conciuat ad rebellionem. Cain, Genesis 4. armat in fratrem. Fratres, Genes. 37. in Iosephum: Esau in Iacobum, Genes. 25. Saulem in Dauid, 2. Regum 14. Deniq; Sapient. 2. inuidia diaboli mors intravit in orbem.

similia.

O viperam, genitricis ventrem dirumpens, vt viuere non incipiat nisi per mortem parentis! O rubigo edax domicilij sui! O aranea; vertis in venenum, quod attingis.

Tria sunt, quæ Altissima quæque infestant:

Summa petit linor, perstant altissima ventis;

Summa petunt dextra fulmina missa Iouis;

--- Nec magnas patiens exurgere laudes Inuidia.

Alexan. Magnus, ait Aelianus lib. 12. cap. 16. tres viros suos oderat: Perdiccam, cæteris bellicosiorem: Lyfimachum, quod militia peritior: Antigonum, quod splenderet cultu regio. Pharisei veram inuidiam idæam representarunt aduersus Dominum. Liqueat vel hodie: Quomodo huiusmodi nouit?

PARS II.

De Christiana Doctrina Isagoga.

DOctrina Christi peperit inuidiam maleuolorum. Leges scripsit Lacinibus Lycurgus, Solon Atheniensibus, Locrensis Zaleucus, Numa Romanis: Christianis hodie CHRISTVS. 1. Prima huius cathedra mons Sinai fuit: Exod. 19. vbi eas promulgauit Deus inter tonitrua, fulgura, tubas. 2. Iesus eas miraculis confirmauit natus, & prædicans: Matth. 11. Cæci vident, claudi ambulant, mortui resurgunt. 3. Spiritus publicauit easdem: Ioa. 14. Ille docebit vos omnia.

Legis Christiana.

1. Ortus.

2. Confirmatio.

3. Publicatio.

4. Attestatio per miracula.

4. Horum testes Apostoli, quorum sonus in omnem terram exiuit; sequentibus signis. 1. Qualis virga cum Lege in Arca simul erat: ita in Ecclesia cum doctrina quoque miraculerū virga. 2. Sicut Iosue & muri Iericho, quicquid tentaretur, nõ expugnari quibant; nisi ad tubarum clangorem: Ita nec idololatria, ac vitia, nisi ad tubas apostolicas ac miracula.

II. Vere Christi miranda doctrina est: orbem peruasit simul ac orta fuit: Vt oriens Sol orbem lumine afflat intuitu vno. Ecce vt orb sillam receperit. 1. Synagoga nomine doctores eius quatuor præcipueam receperunt Apollo, Paulus, Gamaliel, Ioseph ab Arimathia. 2. Ethnica Philosophia nomine, Hierotheus, Dionysius, Iustinus, Philosophi Platonici. 3. Medicorum nomine Quadratus, Agrippa, Marcus, Lucas. 4. Constantinus Imp. nomine Imperij: Clodius

Acceptatio per orbem.

M m m m uaus,

uæus, nomine Regum: sic regna alia Res-
que public. omnes vnam acceptarunt
Christi doctrinam.

*Non obsta-
tibus qui-
buscung.*

Et illam; cuius autor duos inter latro-
nes in cruce viuere delijit: 2. Cuius testes
Apostoli ex ima plebecula. 3. Et istis ces-
ferunt Academia, tribunalia, Curia, sce-
ptra, coronæ: inuiaque patuere per uia o-
mnia. 4. Quamque cito peruasit vniuer-
sa; tam constanter hodieque perseverat:
& vero tot inter ac tanta aduersa iustitia.

PARS III.

*De legis Christiane incomparabili præ-
stantia.*

*Eius Partes
enumerata
aliqua.*

Illam quis satis vnquam admiretur?
1. Cuius obiectum est, summum bo-
num amare. 2. Principia, Fides, Spes, Cha-
ritas. 3. Proprietates, septem Sacramenta;
audire Ecclesiam. Metaphysica est abs-
trahens à materia sensibili voluptatum, ac
vanitatum, philautiæ, cognationis, for-
unarum. 4. Verbo; est ea Psalm. 18. *Lex
Domini immaculata, conuertens animas, te-
stimonium Domini fidele, sapientiam præstans
paruulo.*

*Alia leges
hodie ad eam
sunt nihil.*

Quæ vsquam, vnquam similis? 1. Lex
Mahumerana scetet erroribus infandis:
Iudaica, fabulis ac deliramentis: Hæreti-
ca, blasphemus ac impietatibus.

2. Monstra sunt inferni, & orbis vlcera
Thalmud, Alcoranus, institutiones Cal-
uinianæ, &c. Sola Christi in Ecclesia Do-
ctrina vera, sanctaque est.

*Et omnis
philosophia
sua cumbit
ad eam.*

3. Magnus Aristoteles, Plate magnus:
at suos quisque errores habet. Illius in
libro est: *Ex nihilo nihil fit. Mundus est ab æ-
terno.* Bibliorum Codex sacer ista refu-
tat. 4. Omnis Philosophorum sapientia
permixta scorio fuit ignorantia, ineptia,
obtinacia, fallacia, &c. *Narrauerunt mihi
iniqui fabulationes, sed non vt lictua.* 5. Mi-
rentur Euclidis regulas Mathematici:

quid eam ad Christianas? De his audebat
dicere Magister vel hostibus, Ioann. 9.
*Quis vestrum arguet me de peccato? Adhuc
potuit nemo.*

11. Beata Respub. in qua lex Christiana *Et felici-
feruaretur examussim, diligeretur Deus in Resb.
super omnia; proxime Deum proximus;
& suum cuique redderet iustitia: &c. iam
profecto homines in alios repente com-
mutarentur.*

Hoc enim proprium ipsi, vt sit *Con-
uertens animas; dixerim, omnes orbis o-
ras. Immersam luxuria, &c. Magdale-
nam, Samaritanam &c. conuertit, vt pri-
mum ijs innotuit. Viatores in Emaus, ob-
cæcari licet, ardebant tamen audientes
legem eam.*

Proprium quoque ipsi hoc, vt sit *Testi-
monium fidele: præstat, quod promittit. 1. præstat.
Testatur ordine Beatitudines octo. Testi-
tis & Lazarus, Lu. 16. Pauperum regnum
esse cælorum: infernum improborum
esse testis est Epulo, Pharao, Cain, &c. 2.
Promittit suis adfore Deum in aduersis.
Præstat: Testis est Ionas, Ioseph, Daniel,
Susanna, Iudith, Mardocheus, &c. 3.
Spondet deponendos potentes de sede.
Præstat: Testis Lucifer, Aman, Nabucho-
donosor, Balthasar, Saul, &c. O doctri-
nam admirandam!*

PARS IV.

De scientia Christi.

Diuus Thomas docet plures Deum
mundos creare posse hoc & præ-
stantiores, & ampliores. Tria tamen me-
liora reddere non posse. Gloriam bea-
torum: Iesu Humanitatem: & Matrem
Iesu. Vt dementia sit quæ erere: *Quomodo
hic literas scit? 3. Qui Deus, ex se ab æter-
no est omniscius: Nam, Ioann. 10. Ego &
Pater vnum sumus, etiam in scientia vni-
onis, & ea quæ est simplicis intelligentiæ,
de iis quæ factu possibilia sunt. Quis
in i-*

*Scientia
Christi
1. Dei infi-
nita.*

In ipso liber est vita. Verba vite habes. Ioann. 6.

2. *Comprehensoris* Qua Homo, & quidem *Comprehensor*, ex inhab. tantus Verbi visione beatifica scilicet vniuersim omnia. Ac ionge illustrius, quam Angeli, Cœlitesque quicunque. Habuit enim cognitionem Verbi *Vesperinam*: & rerum omnium cognitionem in Verbo *Matutinam*: infinite perfectam utramque. Ac in ipso omnium cognitio tralucebat ad Cœlites: qui in eo, ceu speculo, peruidet vniuersa. Nam in Deo essentia sunt omnia. Ibi vident: discuntque sancti orationes nostras, ac vota. Ibi id tota omnium superat doctorum scientias momento. Sancti Gregorij vox est: *Quid est, quod non videant; qui videntem omnia vident? Iam desine quærere. Quomodo hic literas scit?*

3. *Placoris* II. 3. Deinde qua *Homo viator*, omnia sciebat per scientiam infusam. Quam, sicut creatis Angelis, Adæque Deus & Christo infudit, cum omnibus speciebus intelligibilibus; quas nos sero demum vix magno cum nisu elicere discimus, magistris sensibus. 2. Quare ut cœlorum orbis vna cum suis astris sunt condita; arbores paradisi vna cum fructibus; herbe cum semine suo: ita Christi anima cum omni specie intelligibili. Illa enim cœlum est, est arbor, est herba virens ac medica. 3. Hinc, Luc. 2. *Stupebant omnes, qui eum duodennē audiebant, super prudentia, & responsis eius; & videntes admirati sunt.* Cur cum non quærebatis: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?*

4. Quis docuit Adamum scientiam naturarum? Quis Noen Mathefin? Quis Iosephum ac Daniele interpretari somnia? Quis Iosuen, sistere solem? Isaiam, solis cursū retro agere? Quis Salomonē docuit sapientiam? Erant hæc omnes scientiæ infusæ: Omnes item, aliæque in Christo inde ab initio conceptionis.

III. Ecce, Philosophi, quo vestra recitant Principia. Nihil, ait Arist. 3. de Ani. est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. At tot infusæ scientiæ in nullo prius sensu fuerunt, ergo fallimini vos.

Infusas respexit Psalm. 44. cum ait: *Prophetia Omnis gloria eius filia Regis ab intus, in similibus aureis, circumamicta varietatibus. q. d. Regis scientia est intrinseca in intellectum infusa, non ab sensibus hausta, noticiarum varietatib. plurimarum insignita, adhærescens ad auream simbram Diuinitatis.*

Liquet in figura. Manassis vidua Iuditha, Iud. cap. 10. egressa Bethuliam, ut Holoferni caput præcideret, tanto se artificio ornauit à gemmis, armillis, lunulis, &c. ut & ciues, & hostes raperet in stuporem: addideratque decorem decori Deus. Ita Christi anima, ut Satanam obtereret, tot gratiis condecorata exiit cœlo, corpusque inuit infusa.

1. Ad hanc Angeli obstupescerent: *Quæ est ista, aiunt, quæ progreditur, quasi aurora? pulchra? ut luna Electa ut Sol?* 2. Obstupuerunt, qui missi ad capiendum eum, Ioan. 7. dicentes re infecta: *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur.*

1. Quid mirum? Nam Col. 2. *In eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei reconditi.* 2. Quid mirum? Nam, Baruch. 3. *adinuenit omnem viam disciplinæ.* 3. Et luculentius Isaias 11. *Requiescit super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis.* Et quæretur adhuc. *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?*

Per ora, facta recapitulatione.

FERIA IV. POST DOMINICAM
IV. quadragesimæ.

*Præteriens Iesus vidit hominem
cæcum à natiuitate.*

Ioan. 19.

Tobias, cap. 11. orbatu visu per Ange-
lum restituitur felle pisceo, non
magis oculis, quam commodo. Cæcus
natus per Angelum Testamenti persana-
tus (sputo luteo; quam fel, plus oculis ini-
mico.

Circa quod factum nos

I. De obcecatione animæ.

II. De cæco nato.

III. De cæco illuminato.

PARS I.

De obcecatione animæ.

Ioannis Climaci vox est: *Hæc prima cu-
Ira demonum, occæcare animã.* Nimirum
quo plus eum ludum faciant, despoli-
ent, præcipitent. 1. Ut Philistæi, *Iud. 16.*
Samsonem excæcarunt; necarunt. 2. Ut
Nabuchodonosor, *4. Reg. 12.* Sedechiæ,
Regi Iuda, erui iussit oculos. Sic dæmon.
Post excæcationem prohi in quas vo-
ragines sit quam præcepit impetus? Et sic,
vt recte fieri putetur. 1. Pharaonis cæcita-
tem quis non obstupescit? *Exod. 6. & c. 16.*
Ut & in mare rubrum inuadere non du-
bitaret. 2. Dauidis cæcitas quanta ruentis
in & adulterium & homicidium? *2. Reg.*
11. 3. Salomonis spissior. Amoribus de-
mentatur verticordis, idololatria tami-
natur. *3. Re. 11.* Ut duo essent in vno perin-
de: summa Sapientia, & par dementia.
Sed hæc ex se pso; illa ex Deo.

Exemplã. 4. Eliseus, *4. Reg. 6.* precibus occæcarat
missum in Israel exercitum Regis Syria.
Eum ductat in hostilem urbem medi-
am; hincque visum restituit. Videntes
vero se captos, terrore velut exanimæ

humi corruerunt. Sic dæmon animas
fascinat; per profana, per execranda o-
mnia ductat; demum victos dat, ma-
statque orco.

Aegyptiæ tenebræ palpabiles quanta *Figura.*
in cæteris plaga fuerunt? *Exod. 10.* Maior
animæ cæcatio. Neque huic accidere
perniciosis quicquam potest; quam vt
ne hanc quidem vltimam calamitatem
suam videre queat. Quod est ipsa repro-
batio.

Hinc tam impense Dauid *Pf. 42.* Emitte *Orandum*
lucem tuam, & veritatem tuam. 1. Hoc ipsi *pro illumi-*
nerat boni; quod agnosceret peccatum *natione.*
suum vir videns paupertatem suam. 2. Vide-
bat idem populum, a deo que totum mû-
dum, qui sedebat in tenebris; ideo orat
Emitte lucem, quæ dicat, Ioann. 9. Ego sum
Lux mundi. Siue igitur lucem sibi, siue &
vniuersis orarit; hoc constat, suam ipsum
deplorasse cæcitatem; qua nec quo iret,
sciebat, ideo *Pf. 140.* Notam fac mihi viam,
in qua ambulem.

Quid, quod ad peccati suscepti semel
tenebras, & suas affundat princeps tene-
brarum? Id vidi. Ioannes in *Apoc. 16.* vbi
Angelus phialas effundebat super regnũ
belitiæ; & statim factum est regnum tenebro-
sum: & alius diem reduxit. Ille Satanam;
hic Seruatorem designat. Is peccantium,
hic penitentium est Dux. Is hunc cæcum
tenebrabat; quem Iesus reluminabat.

PARS II.

De cæco nato.

Hic cæcus natus est nostri omnium *Peccatum*
hypus, qui in peccatis nati sumus toti: *orig. est v-*
sed in baptismo abluti, & illuminati, & *niuersale*
sanctificati: sic tamen, vt vel strabi, vel *omnium.*
lusciosi vel lippi multum caligemus. Na-
tinas vero tenebras vel inde estimare est:
quod animæ, extorres baptismi, consor-
tes sint tenebrarum limbi; vbi infantes
non

non baptizati arcentur à conspectu Dei, Nulla enim est communicatio lucis ad tenebras. 1. Nam vt anima, cuius præputium non fuerat circumcisum, debebatur de populo: ita illius, qui non baptizatur. Sunt et tenebra peccati orig. plagæ; in-dicia fatanicæ inuidiæ. 2. Vnde Eph. 2. *Sumus natura filii iræ, deprauata.* Hæc hereditas nostra, inde ex Ada; Rom. 9. *in quo omnes peccauimus.* Pl. 50. *Et in peccatis concepit me mater mea.* 3. Atque, vt Aug. ait: *Non solum eius exemplo peccauerunt, sed omnes vnus homo fuerunt:* (addit S. Ambros.) *quasi in massa.* Anselmus. *Quia quando ipse peccauit, omnes in illo erant,* interpretatiue, aiunt Theologi. Nam vt nostrum cuiusque persona in eo; sic & voluntas erat. Vtque ipsum Deus allocutus; ita nos in ipso. Quod si præsentem ad fuisset, audissemusque mandati seruandi, violandiq; conditionem; perinde cum Ada force consensissemus in ipsam.

II. Hæretice igitur Pelagiani sic ratio-cinabantur: Non est voluntarium in infantibus; ergo nec originale peccatum. Hæreticum hoc: quia interpretatiuum adfuit voluntarium nostrum. Nec obstat istud Ezech. 18 *Filius non portabit iniquitatem patris,* actuale intellige. Nam hæc in agente ipso terminatur: at Fontis intoxicatio dimanauit in riuulos; Adæ in posteros.

1. Sicut cum Iob filij omnes vna in domo epularentur, hanc euertente vento, simul obruti sunt omnes, ita filij Dei nos in vno Ada primogenito gustantes pomum, eandem omnes ruinam subiui-mus, serpente ipsum euertente. 2. Sicut diluuium omnes inuoluit, Gen. 6. præter Noen, & Arcam: ita peccatum orig. omnes, præter Iesum, & Matrem Iesum, Arcam sanctificationis eius. 3. Sicut in excidio Ierichuntino sola domus Raab claudis exors permansit, cætera æquata solo:

Ios. 6. 4. Sicut ex Sodomitica deflagra-tione Loth cum familia ereptus fuit, Ge-nes. 19. 5. Sicut, Giezi, 4. Reg. 5. ob Simoniz peccatum lepra Naaman adhasit, & semini eius vsque in aeternum: Ita Adæ ac porro le-mini, &c.

III. 1. Magna Christo patiente eccli-siæ terram obtinuit vniuersam: at ma-iore Ada peccante naturam humanam. II. laque tres tenuit non amplius horas: at hæc annis iam supra quinquies milenos sexcentis. Et tamen peccatum nihil est, nam mera priuatio lucis, quam tot damna sequuntur. 2. Est lapillus, ad fragiles Adæ pedes deuolutus, ad ruinam tanta statua humanæ comminuendæ. 3. Est pisciculus minimus; remora; par ingenti Centauro remorandæ, inque naufragium pertrahendæ.

4. Quid? non pateretur deliquium sol, quia octuagies est, quam terra, maior: nõ stelæ, quod à terra absint altius, quæ que terræ umbra pertingere queat, & tamen illud nihil pec. orig. deliquium pati ab vi-sione Dei coegit, tor sanctos, tam diu? Nosque mortales obcæcatos hic tenebris inuoluit? Neque nunc videremus quicquam, ni verus Empyricus Iesus hominem cæcum natum illuminaret.

PARS III.

De cæco illuminato.

I. **Q**uis peccauit? Hic, an parentes eius, vt cæ-cus nascetur? 1. Immittuntur ma-lia sæpe, vt manifestetur gloria Dei. Sic car-ceratus Ioseph; vulneratus Iob; cæcatus Tobias est. 2. Sæpe, vt vindicentur pec-cata vel propria, vel aliena. Nam Deus est, Exod. 20. *puniens peccata parentum in si-lios, vsque in tertiam, & quartam generatio-nem.* Sic posteritas Cham eius peccatum luir. Sic ex adulterio natus Dauidi, mor-

M m m m 3 tuus

Non fruit
tantum
personale.

Figura.

Simile.

Aduersa
accidunt
1. Ad glo-
riam Dei.
2. Ad pæn-
am
alieni pec-
cati.

30
 tuus est. 2. Reg. 12. Sic leprosi posteri Giezi.
 4. Reg. 5.

3. Et proprii.

3. Est omnino peccatum nostrorum causa malorum potissima. 1. Sic Genes. & inundauit diluuium. Occisa septuaginta millia hominum in Iuda. 2. Reg. 24. Tempestas sauiit ob Ionam. ca. 2. Plaga Aegypti debebantur peccato Pharaonis. Exod. 8. &c. 2. Id agnouit Esthera, cap. 4. Peccauit in conspectu tuo: ideo traditi sumus in manus inimicorum. Et Tobias cap. 3. Quia non obediimus tibi, traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem. Et Dan. 9. Propter peccata nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.

Ceremonia aptro-
 bantur.

Nota ceremonias: Expuit in terram: lutum fecit ex sputo: liniuit super oculos eius & dixit ei: vade & laua in natatoria Siloe.

I. nunc, haereticæ, & Ritus contemnito sacros.

II. Sed è iuto quid lucis? An vt cæcum id doceat: Noscete ipsum? Lutum es; terra es: & quid supra te sapis? Tecum habita, & moris quam sit tibi curta suppellex.

Memento homo, quia cinis es. Esto vir videns paupertatem tuam. Sed inimicum oculis lutum est. Et quidem haud minus, quam fel Tobianum Tob. 11. Aut sal aquis amaris inspersus dulcorandis ab Elisæo, 4. Reg. 2.

Mortis mediatio A-
 gnatioq; suis
 illuminat.

Profecit tamen cæco lutum hoc cum Christi sputo. Et tute in finem tuum inspue, vt diuerbium admonet; te lutum inspice: hoc oculos collyrio perline: crede, cernes continuo tuam fragilitatem, vilitatem, vanitatem mundi, honorum, opum, voluptatum. O salutare lutum! Cæce, ex te remedium accipe.

Externa
 iuuant.

III. Iam natatoria Siloe quid oculis profecit? Et vero nec solum oculis plurimum: sed totum hominem per sana-

bat. 1. Illa nobis Sacramentâ designat, externa symbola gratiæ internæ. 2. Monet; aquis Naamane à lepra mundari; cæcis visum reddi; paralyticos curari, iustis transitum dari: Aegyptios submergi: Petras aquis inambulare: has Christis Domini parere. Ad natatoriam igitur conuolate rei, corui, & super niuem dealbabitini.

Ad eam stat arbor plantata vitæ, Crux Christi: 1. Vt illa paradisiaca vitæ non prius mortem attulit Adæ, quam fructum sumit: ita hæc tunc sanitatem dabit, cum ascenderit in palmam, & apprehenderit fructum eius.

2. Nec Probatia sanabat, nisi immeros in ipsam. In passionem Domini te iniice, & consanabere. Sacramentis vttere, & salute perfrueris. 3. Non solum sanat lutum, nec natatoria sola, sed illud Christi sputo, hæc iussu: Ita nihil ex nobis possumus; at omnia in Christo, qui nos confortat. 4. Hinc monet, Luc. 9. Qui vult venire post me, & saluari abneget seipsum, nil ex se valentem, & tollet crucem suam, quantum de meâ participare libuerit, commemorando, & patiando.

FERIA V. POST DOMINICAM
 IV. Quadagesimæ.

Ibat Iesus in ciuitatem, que vocatur Naim; & ecce, defunctus eff: rebatur filius vnicus matris sue.

Luc. 7.

Elias, 3. Reg. 17. Sareptam venit, viduæ pauperulæ defunctum vnicum resuscitat, redditque matri lætabunda. Sic Iesus hic.

Nos

- I. De honore sepultura.
- II. De defuncto.
- III. De adolescentis defuncti resuscitatione.

PARS

PARS I.

De honore sepultura.

Est natura debitas. **P**lato, apud Laert. libr. 3. tria docebat genera iustitiæ, quam Deo, Homini- bus viuis, Mortuis debemus. Nam Deus honorandus: Viuiamandi: Mortui sepeliendi. 2. Cic. Philippica 5. *Honor sepultura est maximus, qui haberi mortuo potest.* 3. At quidem is est actus religionis Christianæ erga corpora, vt templa S. Spiritus & organa pietatis. Proinde impia vox hæc.

Negatus pœna est. **N**ec tumulum curo: sepelit natura sepultos. Est Pœna, carere sepultura. 1. Nam, Ierem. 22. Deus grauitur puniturus Ioachimatur: *Sepultura asini sepelieris, putrefactus & proiectus extra portas.* 2. Et Iezabel, 4. Reg. 9. canes loco vespillonum habuit: *Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ, in agro Iezrael.*

Laus sepul- tura exempla. **I**l. Tobia, c. 12. laus hæc ab Angelo præcipua: *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos.* 1. Laudatur Abraham, Gen. 23, ab honore supremo Saræ habito: *Cum surrexisset ab Officio funeris, &c.* 2. Iacob, & Ioseph in testamentis de sepultura sua constituerunt, ossa sua efferri volentes Aegypto. 3. Dauid, 2. Reg. 2. missis legatis ad Galaaditas, egit gratias pro Saule tumulato & Ionatha. 4. Iudas, 2. Mach. 12. prælio cæcos sepelit, & curat animas oblatas ac orationibus. 5. Discipuli Baptistæ, Matth. 11. *Venerunt & tulerunt corpus & sepelierunt illud.* 6. Iste Dominus vilissima quæque sibi, & deliquens, & diligens, spernens honorata: sepulturam tamen, ac nobilem illam, non spreuit. *Matt. 27.*

Eiusdem exemplum en & hodie tam pomposum, quam erat: *magna turba cum illo.* Quin ipse Dominus hic sepulturae occurrit, eam vt prius nuptias, miraculo condecorauit.

PARS II.

De defuncto.

Ecce, Magnum quid: sicut Isa. 7. *Ecce, 1. Peccatū Virgo concipiet, & pariet filium.* *Matt. 2. fere in orcum.* *Ecce Magi ab Oriente: Ita ecce defunctus: non paralyticus, hæmorrhoida, Cananæa. Esto: Elias, 3. Reg. 17. Elifæus. 4. Reg. 4. excitarint mortuos; at precibus per Deum: hic autem sua vi ac iussu: Adolescens, tibi dico, Surge.*

Viuentes mortui. **H**esternus cæcus natus, peccati orig. est typus: hic defunctus vero, peccati actualis. 1. Nam vt hic; sic peccator à dæmonibus continuo post peccatum efferretur in orcum; vt Epulo; ni Dei longanimitas eum ad penitentiam expectaret: id est: nisi Christus, vt hic, occurreret in porta, inspirans penitentiam. 2. Heu, quot tripudia ducunt, beateque se agere putant: & forte mortui sunt? Nam Ezech. 18. *Anima que peccauerit, ipsa morietur.* 3. Vocato ad sequelam sui Dominus ait, *Matth. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos.* q. d. Te ad vitam à mortuis auoco, id est, à non vocatis.

Mors corporis, hoc priuat sensibus, & agendi facultate. Ita peccatum animam gratia, meritis, Deo.

Vt fulmen quoddam tam est subtile, vt illæsa vagina gladium liquefaciat: ita peccatum illæso corpore animam, *Psal. 72. Ad nihilum redactus sum, & nesciui.* *Pf. 6. Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde.*

Il. Dicas licet Aristoteles *Mors omnium terribilium terribilissimum: ego dixero: Peccatum, ac tanto, quanto anima præ corpore est.*

Basilisco tanta vis inest veneni; vt solo visu ericet. Acrius venenum est peccatum. Ergo *Eccl. 21. Tanquam à facie colubri fuge peccatum.*

Non fugias quod malum est infinitum;

tum; sic vt bonum Deus infinitum. Estq; aterni ignis fomes infinitus.

7 *Deformissimum.* Id ex angelis dæmones fecit: tamque tetros, diros, horribiles: quanto ipsum est turpius? Quantum igitur deformabit vnā animam? quantum sexcenta?

8 *Est infernus.*

F. nge te inspicere Auernum: & ibi cruciatuum, clamorum, tenebrarum, & maiorum fingas quidlibet, omnia in vno latent crimine lethali: Velut in femine arboros! Sunt in ea concupiscentiæ flammæ, stimuli odiorum, stabula dæmonum, lustra scelerum, spissa tenebrarum, furia passionum, vermes conscientiæ, abominatio summa.

9. *Cælo eiicit.*

Quæ foret infelicitas, Diuum è cælo detrudi in tartara? At anima è gratiæ paradiso eiicitur, quæ peccarit.

10. *Causat corruptionem omnem.*

III. Phisici docent, à Materia omnis manat corruptio: ego, inquam, à peccato.

11. *Est odiosissimū.*

Cic. ait. *Tanta virtutis pulchritudo est, vt si oculis cerni posset, admirabiles sui amores excitaret.* Ita & odium sui concitaret peccatum, si sub aspectum caderet.

12. *Est diuinus inferno.*

Credite: mallent Angeli pœnis inferorum discrucari, quam reatu se peccati obstringere. 1. Diceres Cherubino: aut peccatum adi; aut infernum subi. Hunc mallet, si necesse foret. Tantus Diuis est amor, honorque Dei; horrorque peccati? 2. Sensit quid tale casta Susanna, à nequam pressa senibus: & ait: Dan. 13. *Angustie mihi sunt vndique. Si enim hoc egero, mors mihi est. Si autem non egero: non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras: quam peccare in conspectu Domini.*

13. *Est peritimescendum.*

IV. Et adhuc quisquam sceleris sibi conscius, securus aget, ludet, ridebit; alia curabit potius? Taliani fierent; fieri ego posse negarem. Heu! Te Balthasar Rex, Dan. 5. te visa manus scribens incognita verba, tantum non pene exanimauit; vt tibi facies commutata sit, & compages renum

soluerentur: & ab tanta peccati immanitate nil exalbescet peccator?

1. Sanior Manasses, 2. Paral. 33. *Non sum dignus videre altitudinem cæli: adeo deponere eum commisi.*

2. Dauid pene homines fugiebat, Psal. 41. *Tota die verecundia mea contra me est; & confusio faciei meæ cooperuit me.*

PARS III.

De Adolescentis defuncti suscitacione.

I. **E**cce defunctus esse. Occurrit Iesus vltimo. Videte, audire: *Adolescens, ait tibi: cox obpedito surge.* Quatuor verbis Dixit, & facta sunt. Totidem Rem peragit Sacramenti: *Hoc est corpus meum.* Iuuenis hic, ac diues erat: Nam turba magna erat cum eo. Ergo! & hi flores decidunt! *Pallida mors a quo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres.* Hor. l. 3. od. 4. *Quæ hic lamenta matris viduæ, nunc & orba?*

Sed in optimo animæ statu nos hinc Deus euocare assolet: quantum nos meruimus, cum præsterimus illi bonum, aut minus malum. Sæpe occupat, præuenitque futura mala peiora, quibus nos præripit subtractos. 1. Etenim sicut mundus terminum habet completionem numeri electorum: Ita homo vitæ terminum eum, qui ipsius est meritorum: Omnia vtrinque abs Deo præuisa, ac circumscripta. 3. Perinde & sua impietati mensura est. Genes. 25. *Nondum completa sunt iniquitates Gomorrhæorum.* Quocirca.

4. *Cur multum peccas, si multum viuere curas?*

5. Hinc sciscitanti ex Thalete, ecquid difficile vidisset: ait: *Senem tyrannum.* Ego, *senem peccatorem*, inquam. Nam peccandi intemperantia sæpe vitam abrumpit. 6. Sicut leo non est longæuus; quod læuus nimium ac violentus: & violenta non durant: Ita peccator.

II. Sic

*As primo-
no pecca-
tori Deus.*
II. Sit præda arcis munitæ in efflor, vn-
de ad prædas agendas late excurrit. Rex
mittit, locumque dedi iubet; nolentem
obsidet, oppugnat: vi: sed inexpugnabile
locum adis cuniculis suffodit: Ita effuse
peccantem admonet varie; demum ar-
cem corporis vi dissipat, euertit. Sed an-
te, Pl. 31. *Multa flagella peccatoris.* Ante Im-
perat: *Adolescens, tibi dico: surge.* Psal. 63. *Ego
Deus saluos faciens, mei sunt exitus mortis.* E-
go sum, Apoc. 1. *habens clauis mortis, & in-
ferni.* Ego, qui liberaui Ionam de ventre
ceti; Ion. 2. Danielem, 8. de lacu leonum;
Lazarum de sepulcro. *Luc. 16.*

*libet sur-
gere.*
*Magna id
iustitia est.*
Magna Dei potentia, & misericordia,
à morte corpus: maior, animam reuoca-
re ad vitam. 1. Nam naturaliter à priua-
tione non datur reditus ad habitum. 2. Et
anima, peccans sæpe est *Spiritus vadens, &
non rediens.* Psal. 77. Quocirca innumeri in
scelus prouunt, vnde nunquam reuiu-
scunt. 3. Ah nimium est facilis descensus A-
uerni: At reuocare gradum, super asq; euadere in-
auras: hic labor, hoc opus est. Quoniam in in-
ferno nulla redemptio.

*ducatur
in usquã
mirabile.*
Quid? Corpus sustinere pondus pec-
cati posset: cum nec cælum ferre quiue-
rit Luciferum: nec terra Core, Dathan &
Abyron: nec aer volentem Simonem
magum, nec mare submersos Aegyptios:
solus edax ignis animabus pascitur in or-
co? Clames necesse est, Domine, vt suscitēs
in peccatis mortuum.

FERIA VI. POST DOMINICAM
IV. Quadragesimæ.

*Erat quidam languens Lazarus à Be-
thania de castello Marthe, & Maria
Sororum eius. Ioan. 11.*

*S*Vnamitidis filius, obierat diem, 4. Reg.
4. Supplex Elisæum exorat, veniat re-

uocatum ipsum in vitam. Similiter hic
sorores duæ.

Nos in præsens

- I. De humane vitæ breuitate.
- II. De Lazaro infirmato.
- III. De Lazaro resuscitato.
- IV. De mortuo in Consuetudine peccandi.

PARS I.

De humane vitæ breuitate.

Theophrastus Philosophus, apud Cic. *Bruta vi-
uacia.*
3. *Tusc. 9.* expostulat cum natura, lon-
giorem bestiis tribuente vitam, quam
homini. *Plinius libr. 4. cap. 42.* Naturam ait
nouercam homini, brutis matrem esse.
Nam dat sæcula viuendi quina cornici-
bus, nouena ceruis, coruis millena, bis
millena Phœnici. At homo, dum in vi-
tam ingreditur, simul ad mortem duci-
tur proximam.

1. Similis natura in hoc matri Moyfis, *Homor vita
breuis est.*
Exod. 2. Mensibus hunc tribus illa nutrie-
rat; cum ad iussu Pharaonis, eum in
fiscella fluctibus exponit. 2. Similis Pha-
raoni, *Exod. 1.* iubenti editos in vitam vel
ab obstetricibus dari neci.

Naturam dicamne tyrannam? An vi-
tæ breuitas, quam longitudo, benefi-
cium est potius? Id problema esto. In præ-
sens aïo cum medicis, quib. principio suæ
artis solenne hoc: *Ars longa, vita breuis.*

Arist. 1. 5. de Animal. c. 15. ait esse Epheme-
rum, insectum quadrupes, & alarum
quatuor, volatile, & reptile: quo nascitur,
die, moritur eodem cum sole occidente.
Similis homo. *Psalm. 89.* Mane sicut herba
transeat, mane floreat, & transeat: vespere de-
cidat, induret, & arescat.

*Vita tua sicut dies hesternæ est, quæ præ-
terijt.* 1. Vnde Ezechias apud Isa. 38. *De
mane vsque ad vespere finies me.* 2. Nam
vt reus, post latum mortis decretum, nec
diem relinquitur in carcere: vt notant
Iustinus Martyr, & Iren. 1. 5. cont. hæ. Ita

Nnnnn Deus

Deus post mortis latā in hominem sententiam, totam diem viuere neminem finit, id est, mille annos. Quoniam apud Deū mille anni tanquam dies hesternā, quæ præterijt. Psal. 86. Quos nec Mathūsalem attingit: qui vixit annos 969.

Ad eog. Nihil.

Aristot. 1. Phys. D. Thom. &c. naturam temporis dum inuestigant, aiunt demū, esse merum quid imaginarium. Nam tres eius partes non esse: Præteritum transit: futurum non adest: præsens punctum est, ac pene nihil. Talis vita. Præterita non est; futura nondum; præsens, momentanea est. Hinc Dauid Psal. 108. eam vmbra: Iob. 8. fumo comparat: Sapient. 2. vmbra: transeunt. Iacobus cap. 4. Vapori. Exemplum ex Lazaro sume, iuvene, diuite, nobili.

PARS II.

De Lazaro infirmo.

Fides Sororū infusa. I. Sorores ad Dominum confugiunt; nuntiant: Domine, ecce, quem amas, infirmatur. Rex Ochozias, 4. Reg. 1. æger mittit consultum oraculum Beelzebub. Impie: Illæ feliciter. Cum fide fretæ; tum exemplo.

Et acquiescit exemplis.

Nam Matt. 9. duodennem hæmorrhoidiam sanarat; annos triginta & octo paralyticum curarat, Ioan. 5. itemque feruum Centurionis, Matt. 8. Et Socrum Petri. Et sciebant, 4. Reg. 20. depositum medicis Ezechiam, à Deo fuisse restitutum. Ideo ipsæ hoc tantum; sed fidenter: Ecce quem, &c. Breuis oratio: sed, Iac. 2. postulat in fide, nihil hæstrans.

Ac vsu vita cum Christo borata.

Iamq; vsu longo pernorant eius benignitatem. Et quid ni, Psalm. 9. Sperent in te, qui nouerunt Nomen tuum: (IESVS) quoniā non derelinquis querentes te?

Ideo insinuatur in aduersis non vocatos.

Demetrius olim Phalereus dictitabat: Amicos in rebus lætis adesse debere vocatos: at in aduersis non vocatos. Hinc ex tantum se parato. hoc: Ecce quem, &c. Vt Lacedæmonij sua

à Diis orabant tantum: Date vtilia Reipubl. arbitrii cetera sunt. Ita, Ecce, quem, &c.

II. Quid? Qui à Domino amatur, etiam infirmatur? Gedeon, Iud. 6. imprecanti Angelo: Dominus tecum virorum fortissime: ait. Si Dominus nobiscum quomodo tanta mala patimur? Idem contra Iob eius amici disceptabant. 2. Et Dalila ad Samsonem, Iudic. 16. Quomodo dicis, quod amas me; cum animus tuus non sit mecum; Idemne & hæc innuere voluerint dicendo: Ecce, quem, &c. q. d. Ecce qui istud permittis?

At scitote: Quos diligit, castigat. 1. Vt Iacobum Angelus, Gen. 32. quia diligebat; nocte tota eum molestabat lucta: at mane & benedicebat. Idem quoq; Dei ingenium est. 2. Ex Aegyptia seruitute iam iā liberandos ante finit durius opprimi: quod dulcior esset liberatio.

3. Recte miratur Israelitas Augustinus respectantes Aegyptum. Quid, ait, fecissent, si omnia prospera illis fuissent in Aegypto; cum etiam ita flagellati in eam e media via redire vellent? Ita, si cuncta nobis hic ad votum irent; ire ad Cœlites despicere-mus.

III. Angeli, etsi Lotho dicerent; Sodomam continuo exurendam fore; vix tamen inducere poterant, vltro vt exiret; prehensum manu educere necesse fuit, & coegerunt eum exire. Ge. 29. Quis alius eum educere potuisset; cum vix Angeli possent? Tantum ad id allubescit animo, cui affueuisti!

Quam se diu Laban benignum præbebat Iacobo, Gen. 31. ipse placebat conuictus: vt vero is liuore in hunc tingebatur intolerabilis; iam tum ab initio, imo fugam parabat Iacob. Ita mundi, eiusque incolarum ingenium est. Alludis ridenti: & efferascentem vix ægre, ac sero tandem effugis. Suas ille tibi filias spondet

An & Dechari tribulentur.

Vel impiis. Sed. 1. Vt benedicantur. 2. Liberentur. 3. Ne vanis delictentur.

Difficilis auulso bonum à mundo est.

Scitum schemata copiosissimi scripturae.

det coniuges; simul imponit: imposterique tamen seruis longius; ut tibi deum tanto sit ægrius. Cum autem vultum mutat mundus, frontemque in te caperat; iam tum *sepe serai in fundo penitentiæ est.* Florem vitæ cum mundo prodegisti ridente: & fastiditus fastidientem te vix sero fastidire cœptas. Bellum factum! Et tamē ea Dei est benignitas; ut nihil illi sero; quod tandem bene.

Simile per- elegans.

Ad Deum adducunt tristitia.

Tradunt scriptores naturalium, draconem dextra prehensum non sequi, sed pedem struere: sinistra ductum vltro sequi: Ita mundanis si Deus iniiciat dextrā prosperitatis; ferociunt, sequi detrectant: sinistra aduersitatis trahit; iam tum cicurati parent. Ita Psal. 90. *Cadent à latere tuo mille & decem millia à dexteris tuis:* quali dicat: dum per aduersa cadunt mille; iam decem millia pereunt per secunda. Bene igitur vult Deus electis; dum vrget ipsos aduersis.

PARS III.

De Lazaro resuscitato.

Proseratio Magdale- na.

I. **N**unciarant ambæ: *Ecce quem, &c. ad- uenit Dominus: Martha lamentās: Domine, ait, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, iam ecce quem amas, est mortuus,* Magdalena ad genua prouoluitur; plorat, orat, impetrat. Lacrymis, prostrationeque omnia se posse sperat: etiam vel putrefactum restitui posse ad vitam.

Maria, quiste spiritus agit? Quis docuit talia? Quid amas Domini prostrata pedes? Quid in humum vsque humiliare te properas? Quid? Num memineras ad Eliæ pedes stratam Sunamitidem filio obtinuisse vitā? 4. Reg. 4. Bonum factum! Hac humilitatis vi fit via. Ergo Ps. 94. *Adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino.*

Causa la- crymarum

Inter hæc stabat Iesus: hinc Marthæ querelæ, inde Mariæ lachrymæ; intusa-

mor Lazari perurgebat pectus Domini, ut petra manaret flumine lacrymarum: *Christi externa.* & lachrymatus est Iesus.

Domine quid ploras? Ex nihilo creasti omnia, quanto facilius verbo tuo red-detur huic anima? Tu es qui deducis ad inferos, & reducis. 1. Regum 2. An nostrorum ista scelerum est deploratio: Et vero ipsa est. 1. Tres amici Iob, visa ipsius miseria, obmutuere attoniti, ipso septiduo Iobi illacrymantes afflictioni. Christus hic Lazari: tantoque acerbius, quo breuius. 2. Dauid Ionathæ occisi amici casui indoluit colliquescens lachrymis. Christus hic Lazari: Quin omnium nostri. 3. Quare? Ut Ioseph in fratrum colla singulorum irrueret lachrymans, Genes. 45. ita in nostrum omnium hic Iesus; nostræ indoluit naturæ, plagæ, morti; patrum in limbo captiuitati; nostræ impenitentia, &c.

II. Tres in vitam vocauit Iesus, filiam Archisynagogi: *Matt. 9. Filiū viduæ: Luc. 7. & Lazarum: Istos iussu, at hunc fletu.*

1. An, quod filia in domo notaret peccata cordis: Filius in porta, oris: Lazarus quadriduanus, foetensque, operis? 2. An, quod designet illa peccatum originale; ille veniale, hic mortale? Ex hoc o quam difficilis ad vitam via est?

PARS IV.

De mortuo in consuetudine peccandi.

I. **Q**uanto igitur difficiliorem ex sese dabunt exitum peccata inueterata? Aut peccata, in consuetudine stimulo, cumulatim putrescentia? 1. Euntes in Emaus, *Luc. 24.* omnia desperabant, quod iam triduanum esse putarent in sepulcro Dominum. 2. Tres Mariæ, *Marc. 16.* rebantur nec visuras se Dominum, nisi reuoluto lapide prægrandi ab ostio monumenti. Quæ con- Nnnnn 2 docent

Tres mor- tui à Do- mino exci- tati.

docent difficultatem ex inlicitis peccatis emergendi.

3. Difficilis quatruiduani resuscitatio est? Difficilior quatruiduani peccatoris. Quāto magis quadriennalis; ac quadragenarij etiam? Et tales quot? quanti?

4. Mirum, magnum; Ionam triduanum in mari, in ceto videre luci reddidit. Maius ac mirius est; rediuuium videre peccatorem velut ex orco existentem.

5. Ter Dominus in horto orauit ante, quam ē somno discipulos excitaret. Ter & amplius suscitatur, inspiratur, territur in dormientes peccatis; nequedum euigilant. Quid enim? Lethargus est: Consuetudo peccati vertit in naturam:

Quam licet expellas furca, tamen vsque redibit.

6. Jerem. 13. Nunquid Aethiops poterit mutare pellem suā; aut pardus varietates suas? Chrysl. 3. de peen. Mirum, ait, quantum in vtramq; partem possit consuetudo! Filij Israel, licet suauissimo manna in deserto pascerentur, semper tamen ad allia, & cepas Aegyptias aspirarunt, quoniam illis in Aegypto assueuerant.

Apopht.

1. Plato, tamen si vnum solū esse Deum sciret, Dea strosque refutaret: ab horum tamen sacris ac festis feste celebrandis nunquam abstinuit: quia sic assueuerat.

2. Alex. Magnus, etsi orbem edomuerit; prauos tamen mores, ab Leonidamagistro haustos, in sese non correxit. At altius peccati infidet assuetudo.

II. Et infremuit, & clamauit voce magna. Fleuisse haud sat erat: Maiora vis mali postulabat. 1. Leo, quos mortuos fundit catulos, rugitu horrendo suscitatur. Hic Leo de tribu Iuda Iesus vt infremuit? 2. Ferunt ceruas non edere foetus, nisi Ioue tonante. Nec consuetudo peccatorum dimittit; nisi vi magna Iesu moliente. Atque ideo, Hebr. 9. cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua re-

uerentia: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.

Fontem esse refert Solinus, in quo extinctae faces rursus accenduntur. Is fons sunt oculi Iesu: lacrymantur; & mortuus reuiuiscit. Lacrymantur super Ierosolymitanos; & hi obstinati non lauantur.

III. Ecce, quomodo diligebat eum. Recte ratiocinamini. Nam Cic. l. de Amic. Fideles testes amoris & cordis, lacrymae sunt. At te peccatorem deamat. Tibi in clamat; Lazare, veni foras. 1. Cessas? Imbres sulphureos grandinat in Sodomam, grandine diuerberat Aegyptum; in Babylonios fulmina euibrat: super te & homo plorat: clamat, Lazare, veni foras. 2. Cessas? Non ipsi comploras; & te ipsum? O saxum! Tuam tute calamitatem non aestimas? Peccasti; simul omnia perdidisti: Ezech. 18. Omnes iustitiae eius non recordabuntur amplius. Vt quid ergo antehac vixisti? Incipe; & dicas: Nunc caepi.

3. Hoc age; quod, qui dicebat: Psal. 41. Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte; dum dicitur mihi quotidie; vbi est Deus tuus? Hac recordatus sum, & effudi in me animam meam. 4. Veni foras & dic Psalm. 112. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.

Domine exsuscita, quos ames rediuuiuos. Ego, ego sum: Psal. 37. Putruerunt, & corruptae sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae.

SABBATO POST DOMINICAM

IV. Quadragesima.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

Ioan. 8.

M Alach. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiae: & sanitas in pen-

nis eius. Hodie id impletum ipsa testatur
Lux & Veritas.

Nosilla super luce

I. Encomium Solis.

II. De Luce.

III. De proprietatibus Lucis.

PARS I.

Encomium Solis.

ANaxagoras Philosophus Solem eo
duntaxat creatum aiebat, inq; subli-
mi fixum esse, vt pulchritudinem eius
contemplantibus foret admirationi. 2.
Perfæ Honores etiam diuinos ei habue-
runt, vt Numini. Herod. l. 2. c. 3. 3. Vere Eccl.
11. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre
solem. 4. Tobias, cap. 5. Quale mihi gaudium
erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non vi-
deo? 5. Homerus ideo:

*O lumen, quod cuncta vides, & omnia lu-
stras!*

1. Vere mirabilis Magnitudine, qua ter-
ram superat 160. partibus! Lumine syde-
ra: Virtute & efficacia causas rerum om-
nes: vt causa vniuersalis. Rex est syde-
rum, cælorum, creaturarum.

2. Omnibus orbis in oris conspicuus
est. Habitantibus sub linea Aequinoctiali
dies semper & noctes dat horas XII. pa-
res: vt Peruanis, Aethyopibus, Molucis.
Istis sub Antarcticis meridiei, & Arcticis
septentrionis continuat diem toto seme-
stri, itemque noctem altero: At in colis
intra polos, in tropico Cancris, & Capri.
corni variat horis dies, ac noctes alternis
crescentes ac decrecentes.

Deus lux est, & in luce.
Cursum tam constantem obtinet per
annum ac momenta, vt nil supra. Psalm.
118. In Ordinatione tua perseverat dies. Vt nil
mirum, solem à Philone, & Dionys. l. 14.
de Diuin. Nom. imaginem Dei appellatum
fuisse. Nec Dominus sua Diuinitate indi-
gnam censuit vocem hanc: *Ego sum lux
mundi, &c.*

PARS II.

De Luce.

Solis ac Dei, Lucis & Diuinitatis per-
magna similitudo est. Vnde sua opera
Deus, ac virtutes per lucem declarare
suevit. 1. Ipse est, Psalm. 103. *Amictus lumine
sicut vestimento.* 2. Et 1. Tim. 6. *Lucem habi-
tat inaccessibilē.* 3. Pater & filius sunt *Lumen
de lumine.* 4. Christus Ioan. 1. *erat lux vera,
que illuminat omnem hominem.* Simeon
Luc. 2. eum vocat *Lumen ad reuelationem
gentium.* Et de homine ad Dei similitudi-
nem creato, Ouid. 3. *Metam.*

*Os homini sublime dedit, cælumque tue-
ri*

*Iussit, & erectos ad sidera tollere vul-
sus.*

Inprimis vero ad regem siderum so-
lem: in quo Deum agnoscant. I. Sol nam-
que dicitur, quia solus est: ita & Deus.
Alexandri Magni, Reges deponentis, ac
imponentis populis & regnis, vox arro-
gans ista memoratur, data legatis Darij,
dimidium regni offerentis: *Nec mundus
soles duos; nec Reges duos regnum habere potest,
proinde mihi vel totum soli cedat, aut armis in-
uadenti resistat.* Ita sol solus, solusque Deus
est.

II. Solitem solus est essentia sua lu-
cidus: cætera participatiue. 2. Ita Deus
Exod. 3. *Ego sum, qui sum,* quasi dicat: cæ-
tera à me esse trahunt. 1. Cor. 4. *Quid enim
habes, quod non accepisti?* Psalm. 94. *Ipse fecit
nos, & non ipsi nos.* Ipse per se subsistit, vt
vera substantia: cætera in ipso, tanquam
accidentia. Nam in ipso viuimus, & moue-
mur, & sumus. Quid es igitur homo, nisi
cornicula Aesopica; alienis ornata plu-
mis Dei, & luti damasceni.

III. Sol, etsi in motu sit perpetuo, ipse
tamen manet immutabilis; mutans
tempora, edaciarerum; resque ordine
mutat, ac progenerat. Ita DEVS ad
intra immutabilis, ad extra mutans

Nnnn 3 omnia

omnia verbo virtutis sue. Psalm. 101. *Mutabis eos, & mutabuntur: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* O Lux infinita Deus? Ut innumera facula vna de face accendi queunt, illa tamen nihil dum quicquam imminuta: Ita ex, & in Deo omnia. Vere: *Ego sum lux mundi.*

4. *Æternitas.*

IV. Sol abs calore indefectus est, æternumque indeficiens; cursu celerrimus; influxu potentissimus: In Deo ista admiranda. Creaturas à non esse ad esse vocat: quibus nil distantius: & tamen id celerius, quam cogitatu sit. Quid distantius, quam peccator & iustificatus? & tamen momento vno eum à peccato reuocat ad gratiam. *Nescit enim tarda molimina S. Spiritus gratia.*

5. *Vniformitas in multis formis.*

V. Sol aspectu immutabilis est: aer seu nubilet, rutilet, grandinet, fulminet, cælique facies mutet in mille formas: ille sui similis vsque manet. Ita Deus formas induit omnes, & vnã tamen retinet. Irati formam sumit: Ideo, Psalm. 6. *Domine in furore tuo ne arguas me: Placati; armati fulmine; item hominis: Et homo factus est, habitu inuentus vt homo: Et Formam serui accipies.* Agni, *Ecce Agnus Dei, &c.* Transfiguratus in monte; miserabilis in cruce, &c.

6. *Necessitas Christi sine sole in mundo.*

VI. Quid mundus vel esset, vel posset sine Christo sine sole? Sine Christi luce quid omnis homo, quid cæli, quid Diui? Est igitur lux mundi dispellens tenebras peccati origin. & omnium ad id consecutorum malorum, vt ignorantia, malitia, infirmitatis, &c. Est *lumen de lumine, Deus de Deo.* Nam Psalm. 102. *Ex utero ante Luciferum ego genuite.*

7. *Missio eius in mundum à Patre.*

VII. *Sum lux,* ait, non sol. Nam Sol lucem suam ad ima hæc demittit, ipse permanens in suo cæli folio: Ita Pater Filium misit. *O oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris & ymbra mortis sedent.*

Item ait, *Sum lux mundi,* non cæli, non

inferni. Nã in cælo est ipse Sol lucens. Apud inferos nec sol, nec lux reperitur. Neque venit huc propter Cælites, vel inferos; sed ob homines, hæc est *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. 1.

8. *Generatio ex Patre.*

VIII. Lumen à sole gignitur: Sol autem & lumen, calorem producunt: Ita Filius à Patre, ab utroque S. Spiritus. En vna Trinitatis in Vnitate imago. De quo luculente Iustinus Martyr. l. *de Trinitat.* Conc. Nic. idem contra Arium Simile produxit.

9. *Trinitas & vnitas in Deo.*

IX. *Lux, & Sol* sunt voces trilaterales, & monosyllabicae. Et in hoc repræsentat eos, qui testimonium dant in cælo, *Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; & hinc vnus sunt.* 1. Ioan. 2. Sicut triangulum isosceles tria habet latera æqualia, & vnã basin: Ita vnus Deitatis Personæ æquales sunt in Diuinitate, Maiestate, æternitate.

X. Luce delectatur Sancta Trinitas, eaque Se declarat. 1. Vt Pater, *Exod. 15.* in monte Sinai dat legem in mirabili lumine: Et *Exod. 13.* In rubo incombusto se ostendit Moyfi. 2. Spiritus Sanctus in linguis igneis visitur. Ostenditur in lampade cum septem candelabris, id est, septem donis. 3. Christus item *est lux mundi.* *Domine illuxerunt coruscationes tue orbi terræ.* Psalm. 88. hoc est. Trinitas & vnitas DEI nota facta est, *Isa. 9.* *Populus qui sedet in tenebris, vidit Lucem magnam.*

10. *In luce Dei.*

XI. *Ego sum lux.* Quale candelabrum, *Exod. 25.* cum septem luminaribus, ad illustrandum Tabernaculum: 1. Talis Iesus in Ecclesia; vel in monte Caluarie. 2. Hoc resplenduit candelabrum in stabulo natiuitatis: vt accurrerent Angeli, Pastores, Reges, & ambularent in lumine eius. *Lucæ 2.* *Claritas Dei circumfulsit eos.* Et *Matt. 2.* *Stella antecedebat eos.* 3. In Thabor reluxit, *Matt. 17*

Quod

Quod si igitur Tobias, cap. 10. absentem filium suum appellavit *Lumen oculorum suorum*: quanto magis lux est Christus! Quæ si orta prius non sit, *Vanum est vobis ante lucem surgere*. Nam ipse prior dilexit nos, ac præuenit. Hac luce extincta in Cruce, factæ sunt tenebræ in vniuerso mundo. Matth. 27. Tu igitur, Iesu, nolter es Raphael: qui fecisti nos rursus lumen cœli intruere.

PARS III.

De proprietatibus Lucis.

I. Vx similis est gratia. 1. Vtraque in momento producit: iustificatio enim fit in instanti. 2. Vtraque producit calorem. 3. Lux gemmas & metalla gignit: gratia virtutes, opera, merita.

4. Lux tenebras dispellit: Christus p. orig. actuale, idololatriam, iudaismum, superstitionem omnem. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*. Non sequitur Mahometis Alcoranus, non Thalmud, non Caluinus, &c. ideo in tenebris ambulat. Isai. 60. *Surge, illumina, hæretice, quia venit lumen tuum*.

5. Ut lux orta omnia in orbe detegit: ita Christus natus, ac prædicatus omnem mundi vanitatem; & rerum cœlestium varietatem, veritatem, perpetuitatem. Veri hi colores facile istos fucatos arguunt vanitatis. 1. Docent, 4. Reg. 5. Naamanum quidem esse potentem; at intus leprosum. 2. Nabuchodonosorem esse capite aureum; at pedibus luteum. Dan. 4. 3. Mandum non nisi punctum esse respectu cœli. In mundo meros esse atomos, resque nihili, inquestabiles. Eccl. 1. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas*.

4. Docet omnem lineam non nisi punctis constare; sic & vitam nostram fluxis momentis præteruolare. 5. Omnes motus ambitionis ex meris mutatis esse componi. 6. Ostendit lux illa, omnem

corporis formam esse luteam umbram, corpus cinerem, mundi lucem esse tenebras.

II. Vere est lucerna ardens & lucens, Ioa. 6. *Prodit 5. Hanc Deus orbi accendit lucernam, & in peccatorum abscondito non posuit, neque sub modio; sed sub grauitate per candelabrum. ut, qui ingrediuntur, lumen videant*. Hoc viso continuo peccatorum apparet grauitas: & causa tantorum cruciatuum à Christo perpefforum. Tantio. lim diluuij, in orbe immisit: Sodomæ ignibus cœli exusta.

Dirum peccatum! orbi affers interitum; & omnia absumens ignis, aer, aqua, nil te lædere tamen valet. 1. Similis Salamandra illa sæ in medijs ignibus. 2. Tu es lebusæus, quem Israelita nunquam potuere è terra promissionis eicere. 3. Inhabitasti orbem annis plus quinquies millenis, nec te Patriarchæ; aut vlli viri sancti expellere valuerunt. 4. Tu magnus es prædo, qui pergrasseris in orbe iam inde ab creatione: & quantas prædas egisti? 5. Tuatu Gigantomachia cœlos quoque attentare non dubitasti: & ibi quot funera, quotque strages dedisti? Te vicit tamen Victor omnium.

III. Et vero odium Dei in peccatum quis fando explicet? 1. Herodis in Iesum fuit exitiale odium; ut inauditum infanticidium designaret. Maius est Dei in peccatum: ut nec vnigenito parceret; sed Ada ex Paradiso expulso, ipsum quoque morti destinaret. A deo *odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Ps. 9.*

2. Herodias, Mar. 7. præ cæde Baptistæ repudiavit regni dimidium: Deus præ odio peccati tradidit filium: Filius posthabuit cœli regnum.

3. Aman dire oderat Mardocheum: ut decem millia talentorum offerret ærario, tantum ut tolleretur è medio: *Esther. 8.* Ita Iesus sanguinem obtulit, ut exosissimum sibi peccatum aboleret. Atque

Et Malitiam.

Christus odit tenebras.

que hæc vt cerneremus, venit Lux in hunc mundum.

Quid lux est mundi. Et quidem qui sequitur eam, non ambulat in tenebris. Christus enim Pharos & fax mundi est columna ignea, Exod. 13. qui populum suum præiit per mare, ac defertum: affectantesque hostes pernicie obruit.

Sequenda Lux & crux. Magnum orbi factum est & beneficium, & ornamentum, datis duobus luminaribus magnis Ecclesiæ, & cuique animæ: Nimirum dato Iesu, Matreque Iesu. Hæc luminare minus: Ille maius est. *Qui sequitur, non amb. in ten.* Sequi vero est istud: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur.* Ergo Crux est Lux. Luxque ducit & ad, & per tribulationes. Vt pati, fit in luce ambulare. Ergo mundi prosperitas est mera tenebra: ipsa frui, est Christum non sequi.

Peroratio in Lucifugas mundi lucas. IV. Infausta semper habitæ sunt aues noctiuagæ, & lucifuge, vt bubo, vespertilio: arcebatque eas ab sacrificio quondam Deus. Ita mundilucas Deus odit, & vt immundos reiecit.

Esto; sic lux Christi contenta mundo tanquam obscura, humilis, pauperula, patiens, obedienter seruiens; &c. At lux mundi sunt Deo tenebræ. Momentum, quod hic agimus, aperiet continuo discrimen: tunc vociferabuntur illi; *lux non est orta nobis, & soli iustitiæ non illuxit nobis. Nos insensati estimauimus vitam illorum insaniam, &c. At sera querela nimis.*

* *
*

DOMINICA PASSIONIS

Feria III.

Erat autem in proximo dies festus Iudeorum, Scenopægia. Dixerunt ergo fratres eius ad eum: Transi huc, & vade in Iudæam.

Ioan. 7.

ELias, 3. Reg. 17. fugitans honorum, aut læ Iezabelis, ac patriæ: quod nollet in ea clarere miraculo; concessit Sareptam Sidoniorum, obscurum procul oppidulum. Ita hic Iesus linquit Solymam; Galilæam adit, fugitans hominum ac solennitatum.

Quorum occasione nos

- I. De fuga gloria.
- II. De vano fratrum Domini postulato.
- III. De inani gloria mundi, & humilitate Christi.

PARS I.

De fuga gloria.

I. Antisthenes Philosophus, audito se *Et Elio* vel ab improbis laudari, exclamabat: *Dij immortales, quidnam malifeci?* Laert. lib. 6. Phocion Dux Atheniensis, (ait Plutarch.) perorant: omnibus dicta eius, gesta que fortia prædicantibus, aiebat vicino: *Me miserum: vereor, ne quod stultum verbum mihi exciderit.* Adeo popularis gloriolæ fugitantes erant viri sapientes.

Quid parigitur Christiano? 1. *Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris?* 1. Cor. 4. 2. Lyctrenses, Act. 14. Paulum Mercurium, Barnabam Iouem appellabant, vt Diis acclamantes, ac sacrificia eis destinantes. Sed hos ille refutans honores ait; *Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines.*

3. Daniel quoque, c. 8. ex felicitate interpretre-

terpretandi somnia, quasi diuinus habebatur: at omnem is honorem ad Deum regerebat; ut qui reuelaret, quæ, cui vellet.

4. S. Martinus Tur. semper è collo gestabat reliquias, & quæ innumera edebat miracula, istis ea adscribat. *Sur. rom. 6. in vita.*

5. Elifæus, 4. Regum 4. ut excitandi ab se pueri famam & gloriam excluderet; solum ad solum sese excluderat; nec testem facti, præter Deum, cupiens. Sciebat, quanta pestis esset vana gloria.

Vana damnosa. Figura. II. Formosa Bethsabea, 2. Reg. 11. quod lauans se nudam Regi forti ostendisset, occasio adulterij, homicidij, malorumque plurium exitit. Ita nudata vulgo bene gestorum venustas dum gloriam, simulatiam quoque excitat miseriam; ad minus inuidiam, fabram malorum. Et sæpe illa mariti sui cædendi, id est, Sponsi Iesu, est causa.

2. Dinæ spectata, vulgataq; formæ venus quanta mala peperit? *Gen. 34.* Ipsi rapitum & constuprationem: fratribus luctum, pudorem, furorem: Sichemitis excidium: patri dolorem ac metum. Ita bona opera nostra cum foras se efferunt, aura rumoris afflanda; rapiuntur à dæmonibus, adulterantur, &c.

Milui gloria capere. Fugienda magis Deo. que danda. III. Et quid sunt gloriolæ aucupes? Miluorum similes, qui quantumuis altum euolent; terram tamen spectant prædæ auidi. Ita diuina licet opera patrent; intentos tamen ad prædam gloriolæ habent oculos, immemores huius: 1. Tim. 1. *Soli Deo honor, & gloria.*

Est gloria, qualis vxor Putipharæ; Deo debita soli coniunx. Et, si hæc animum, ut illa Iosephum, sollicitet; vir bonus sic respondeat: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod non in mea*

sit potestate; præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum? Solum DEO honor. Miseri, qui, quæ pretiosa habent, in ventum portant dispergenda; aut prædonibus rapienda.

Pauones sunt, qui meritorum suorum pennas spectant explicatas; indeque sibi placent. Respective pedes; iam erit, quo plumæ cadant. *Pauones sunt: & o se essent.*

Pertinenti ad Plutarchi apologum: Mulus erat, qui corpore suo viso musculofo, valideque compacto, superbire, subsultare, discurrere, fessiores excutere cepit, ac insolentius lasciuire. Demum se alino natum recordatus, ponebat animos mitior. *Pl. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: Quo non intelligunt; omne datum optimum, & omne donum de sursum esse a patre luminum.* Iac. 1. Repetant memores se è luto, ex Ada lapso, descendere: & quo lutum ascendet.

Quare, Luc. 11. *Cum feceritis omnia, quæ precepta sunt vobis, dicit: serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* In exemplum Dominus à fratribus inuitatus ad patriam solennitatem Scenopægiæ; ut & isthuc virtutem ostenderet; publicum declinauit.

P A R S II.

De vano fratrum Domini postulato.

Dixerunt ergo fratres eius. Quid? An non fuit Iesus B. Virginis Vnigenitus? Et quidem illa nec virum agnouit; nec iterum à Spiritu S. fuit obumbrata; Virgoq; permansit in æuum. Illa fuit, estq; ut sol, ut Phœnix sola.

Nec primam similem visa est, nec habere sequentem. *Maria mater vnigenitus.*

Ut sepulcrum Domini nouum fuit in petra, Matth. 27. in quo solus decubuit: talis Deiparæ vterus. Apologus est: *Leæ-*

O o o o o n a s

na; cæteris ipsi dantibus opprobrio animalibus, quod vnum duntaxat catulum eniteretur infœcunda; se fœcunda autem catullire multos, & sapius: his ait; Verum dicitis: Sed quem edo, is Leo est, vestrique vnus Rex omnium. Ita Virgo B.

Qui quomodo fratres Iesu.

Quid igitur Heluidi, iam olim hæretice, Deiparam plurium fingis liberorum matrem? Aut Iosepho prius affingis matrimonium, ex quo filios suscepisset; qui fratres Domini vocarentur? Ioseph virgo Virginis custos, & Christi nutritius fuit, monogamus, non bigamus. Ita nostri tradidere Maiores, ait Hiero. & Chrysostom. homil. 4. in 2. ad Theff. Traditio est, nihil queras amplius. Erant filij Zebedæi ex Maria Salome, Deiparæ sororia nati; & hi idcirco fratres Domini, pro more Iudæorum, dicebantur. Echi ipsum ad miraculi occasionem, in patria edendi, male ambitiosi instigabant. Sicut alibi regni affectabant honores.

Peregrini sumus.

II. Erat festum illud Tabernaculorum percelebre, iussu, Deu. 16. agitari 15. Septembr. in memoriam Israeliticæ peregrinationis per desertum. Id quod & nobis ob oculos versari oportet: Viatores nos esse, ne habere hic ciuitatem permanentem; sed futuram inquirere. Ideoque, vt Horatius ait: Vita summa brevis spes longas inchoare vetat. Sic Paulum id docuit Pfalter 38. Aduena ego sum & peregrinus; sicut omnes patres mei. Hoc ille balsamo humilitatis sceptrum, coronamque vngebat: vnde & gloria ipsi perennat.

Hospitium crudele Mundus.

Crudele hic hospitium est, acida dulcibus mista apponit, soluendum est denique symbolum cum irrecuperabili amissione vitæ; ac multis aternæ etiam. Heu scelerata domus! Non ego tibi inquilinus, sed peregrinus esse velim.

Spretū ab Ethnicis.

Nec ethnici sat tibi fidere quibant. Hinc cuiusdam Philosophi dictum cele-

bratur istud: Agrigentini comedunt, quasi semper morituri: & ædificant, quasi nunquam morituri. 2. Diogenes Cynicus vi bi fuga oderat sic homines moliri ædes & opes hic, quasi victuri semper. Ideo dolium inhabitabat. Quod alius considerans Alex. Magnus, agnoscebat vitæ, mundi, rerumque vanitatem, & ait: Ni Alexander essem, Diogenes esse velim.

II. Sapere hunc diceres; qui tantum pernoctaturus in domo, eam conuestissolido, ret auro aulæisque ac picturis: cum mane primo sit inde abiturus? Tales nos hic sumus: & tanta molimur?

Dicam de mundo, quod Isocrates de Athenis: Urbem esse pulcram ad deambulandum: sed inhabitatu difficilem, ac periculosam: eo quod plerisque Duces suos vel morte multaret, vel exitio.

III. Fratricida Cain primus urbem condidit, Gen. 4. vocauitque nomen eius ex nomine filij sui Henoeh. 2. Nemroth fastuosus, Gen. 11. turris Babel substructor, simul linguarum extitit confusor. Istorum posterii sunt orbis inquilini: At peregrini sunt Adam, Abel, Seth, Noe, Abraham, &c. iusti.

Vixit Adam annos 930. & tamen agebat sine domo, sub dio, pelle tectus, vicitans iis, quæ terra fundebat. At iam quantis vestimur, ac vescimur, ædesque molimur sumitibus? Ac si non infelices essemus peccatores. Sed istis in vmbribus nostri nouitiam ac memoriam obscuramus: Hocque ipsa eafelicitate fumus infeliciores.

Jacob, Genes. 31. in domo Laban auari, idololatæ, iniqui qualis seruebat? quo pretio? Perdius & pernox pastor otium &c. merebatur coniuges, & oues: demum reuertit in patriam: At ita quidam hic degunt, vt prodigus filius in regione longinqua. Quin igitur vtriusque discimus exemplo?

Figura
mundi
parum.

III. Quam Dauidem percutit & vi-
ta; & mundi? P salm. 119. Incolatus meus pro-
longatus est: habitavi cum habitantibus Cedar:
multum incolatus fuit anima mea. Quare, P sal.
54. Quis dabit mihi pennas sicut columba; &
volabo, & requiescam.

Demodo
degeni in
mundo fi-
gura.

IV. Moyses, Dux sexcentorum mil-
lium armatorum, legauit ad Seon Re-
gem Amorrhæorum: Nu. 21. Liceat nobis
transire per terram tuam: non transibimus per agros,
vineas, nec bibemus aquas ex puteis. Via regia
gradiemur: nec sistemus, donec transuerimus
fines tuos. Ita nos cum mundo peregrini
transigamus, & agamus in eo.

2. Quid voluisse putandus est Deus,
quod annis quadraginta sic circumdu-
xit in deserto Israelitas; vt nunquam ve-
stire se opus haberent? An, vt & nos ha-
bentes victum & vestitum, his contenti simus?
in pari degentes & parsimonia, & sancti-
monia vite?

Exemplū.

3. Ioseph, vir quantus in Aegypto, ab
anno ætatis sexto decimo, quo in eam
venditus aduenit? Ad clauum summæ
rei totius ad sedit gubernator annos qua-
tuor supra nonaginta, mortuus ætatis an-
no 110. Neque tamen liberis emisse, reli-
quissetque possessiones proditur. Præsa-
giebat nimirum exituros olim Aegypto:
esseque volebat peregrinos. Disce ergo:
Exemplo didici sapientiam.

PARS III.

De inani gloria mundi, & humilitate
CHRISTI.

Mundi
suada.

I. **V**ade in Iudeam, & discipuli tui videant
opera, quæ facis: Manifestate mundo.
Hæc fraus Satanæ est; mundique fucus.
Isthanç, inquit, simplicitatem tuam exue:
Publicum ama, inque oculis ac luce ho-
minum viuere consuescito. Polles annis,
ac animis; amici nec deerunt: sanguis
adest nobilis: parati sunt vacuique hono-
res: his natus es: manifestate mundo.

Verumenimvero, An non, Matth. 7. *Inimica*
saluti.
inimici homini domestici eius? An non & fi-
lii parentes sæpe occinunt talia? Et quid
nisi mortis canunt, cuduntque confilia?
2. Si cauendum sit tibi ab ea, quæ dormit
in sinu tuo: quanto magis ab talibus do-
mesticis?

Domesticus Cain fratrem occidit: *Gē. Sicut &*
4. Ismael Isaacum deprauabat *Gen. 21. E-*
saa barbarus persequabatur Iacobum:
Gen. 28. Iosephum fratres, Gen. 37. Hic
Dominum sui fratres tentant,

II. Quid Dominum tentatis? Nescitis *Tentatur*
Matth. 4. Satanam confusum abscesisse? instanter
Hic est is, qui humilia respicit, & alta à longe *humilis Ie-*
sus.
cognoscit. 1. An non, *Exod. 2. Moyses ele-*
git abiectus esse in domo Dei, magis quam ha-
bitare in tabernaculis Pharaonis aulicus? *Contemptor*
Ira & Dominus saturari opprobriis in cru- *verus ho-*
ce maluit; quam colludere mundo in *norum*
hominum luce. Nec Herodi ad gratiam *Exempla*
dabat miraculum: & popello daret? 2. Is *similia.*
humilis est Mardocheus *Esth. 5. qui noluit*
indui prius, quam Aman, (Satan,) Iudæo-
rum proscriptor, esset damnatus ac su-
spensus. 3. Est Dauid: 1. *Regum 17. nolens*
indui regiis ante, quam tirauisset Golia-
tam. 4. Is in Regem constituendus à tur-
ba fugit. 5. Is cæco reluminato præcepit,
nemini diceret. *Ioan. 6. Dixit Ioan. 8. Ego*
gloriam meam non quero. 6. Ille, vt primum
cruodifixo titulus hic affixus est: *Iesus Naza-*
renus Rex Iudæorum, continuo, quasi ho-
norum fugitans mundi inclinato capite e-
misit spiritum. *Matt. 27.*

An ideo fortassis, *Exod. 19. suam osten-*
surus Moyfi gloriam Deus, *Cauete, ait, ne*
ascendatis in montem: nec tangatis fines eius.
Omnis namque, qui tetigerit montem, morte
moriatur. Et homo meritorum gloriam
in oculis hominum constituet? Quid e-
rit igitur, quod Pater vester, qui videt in ab-
sccondito, reddet vobis?

III. Pluribus potuisset, at tribus dum-
taxat

O O O O O 2 taxat

*Christus
seclator
humilita-
tis.*

taxat discipulis suam voluit ostensam transfigurationem Dominus. Sed & hisce interdixit, neu cuiquam dicerent. Magna transfigurationis fuit; at maior hæc humilitatis gloria erat. 9. Nullus dubito, quin idcirco Tantus voluerit tantillus in stabulo nasci, in sceno reclinari: vt cum summa Dei gloria summam iungeret humanæ contemptum gloria. Certate Angeli, pastores, Magi, puerum honorate: is certat honores humilitate superate. Vicisti Iesu istos!

Sed & Baptistam vicisti. Humilitatem ille tuam obtupescebat: sed tua eum altior modestia celo iustitia compecebat, ac erudiebat.

Accedebat vox Patris: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et hanc quasi fugiens in desertum sese condebat, donec vocis factæ vel fama refrixisset; vel memoria in animis hominum. Et vos adhuc instatis; *Manifesta te mundo?*

Hoc Satanæ est, dare fumos, & captare. 1. Qualis, *Esth. 2.* Assuerus admirando dato conuiuio se quasiuit facere admirabiliorem. 2. Quales Naamano Syro data opes; sed & lepra addita, illis felix, hac in foelix censebatur. Ita Satan ac mundus offert honorum, opumque vim; sed suo fuco; malo tuo.

IV. Quid: quod alij sint fratres Domini meliores; Angeli; Patriarcha? &c. Ideoque & eorum postulatio iustior est illa: *Rorate caeli de super, & nubes pluant iustitiam: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Vt inam disrumperes caelos: &c.* Dicunt *Transi hinc è caelo, vade in Iudæam; manifesta te mundo. Ps. 79.* *Ostende faciem tuam, & saluauerimus.*

Abfolomo fuso, 2. Reg. 19. Rex luctu squalebat: cui Ioab Dux: *Ostendisti, hodie, quia non curas de Ducibus tuis, & de seruis tuis. Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satis fac seruis tuis. Iuro enim tibi per Dominum,*

quod si non exieris; nec vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac. Ita Cœlites olim, Patresque veteres quasi ad Christum, vt exiret caelo in terrâ Homo. Neu dicat mundus cum Pharaone, *Exod. 5.* *Dominum non cognosco, & Israel non dimittam.* Ergo *Manifesta te mundo.* Nam *Deus Israel Deus absconditus es. Isaia. 45.* *Et thesaurus absconditus in agro natura.* Manifesta te, vt inueniã te. *Vendami omnia, pauperibus dabo, vt emam te.*

FERIA IV. POST DOMINICAM
Passionis.

Oues meæ vocem meam audiunt.

Ioan. 10.

Isaac, *Genes. 27.* benedicturus filio, vocem Iacobi, licet habitum ementiti, continuo agnouit. Ita vocem Iesu oues ipsius.

Circa quam nos:

- I. De Verbi Dei efficacia.
- II. De Pastore.
- III. De vocis pastoris audientia.
- IV. De vi auditi Verbi.

P A R S I.

De verbi Dei efficacia.

I. P Yrrhus, Rex Epiri, fatebatur, per Cyneæ eloquentiam plures ad regnum vrbes accessisse, quam armis: idcoque vnus se voci plus debere, quam armis omnium. Ita voce Christi, & Verbi Dei plures ad Deum animæ; quam armis accessere: illi debet augmentum sui Ecclesia, non hisce. *In omnem terram exiuit sonus eorum. Psal. 18.* Non armis orbem subegerunt Apostoli.

Sicut muri Iericho ad tubas sacerdotales clangentes corruerunt; *Iosu. 6.* Quæ gnata valla, ac munitiones validiores sunt corde in peccatis inueterato? Carne animam aggrauante, & captiuam clausamque tenente?

nente? Ista tamen cesserunt voci Apostolorum.

Elleis lacrymas.

Quare vos Moyses & Aarones, Num. 20. Loquimini ad petram, & dabit vobis aquas. diffidens autem Moyses, ac ultra mandatum, virgam adhibens, castigatur à Domino. Ne quisquam existimet vim potentie plus ad lacrymas penitentiae valere; quam Verbum Dei. Cum sit, Plal. 118. *Vox Domini in virtute, vox Domini confringentis Cedros, velut concussas tonitru.*

Expellit, aut enecat peccata.

II. Ut igitur tonitru abortus causa in vtero sit vi quadam occulta: ita Dei Verbum auditum facit abortire peccatrices animas, vt emortua peccata effundant.

Incasso metu.

Cervas aiunt non nisi tonante caelo eniti posse; natura metus per metum resolvente. Anima peccatrice quid meretriciosus? timore poena ac iudicii solvitur ad excludenda peccata. Est namque *Ilex Domini immaculata, conuertens animas.* Pl. 118.

Exempla conuertentium.

1. Conuertit Saulum, caedes spirantem, in Paulum: Act. 9. 2. Magdalenam è peccatrice in penitentem: 3. Apostolos, è piscium, in hominum piscatores: 4. Orbem denique conuertit.

Desuadet conuertum mand.

Serapion Anachoreta aliquando saeuiente hyeme nudus per agros obibat, solà gestans Biblia: interrogantibus, quis eum sic despoliasset: digito S. Codicem monstrans aiebat: *Isle Verbum Dei Confiliis Evangelicis eremos & cœnobis cõpleuit.*

Tuali eius.

Vix ipse S. Spiritus apta satis verba reperit; quibus Dei Verbum appelet. 1. Vocat, Pl. 118. *Ignitum eloquium tuum vehementer: igniens animas charitate.* 2. Ier. 29. dicitur *Malleus conterens petras obstinationis.* 3. Hebr. 4. *Omni gladio ancipiti penetrabilis.* 4. Psal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* 5. Matt. 4. *Non in solo pane viuit homo: sed de omni verbo, quod proce-*

dit de ore Dei. Et hoc est quo Christi oues audito pascuntur.

PARS II.

De Pastore.

I. **I**N nominibus Christi conuenientissimum est *Pastoris*. Is enim est, qui reliquit nonaginta nouem in deserto, & quaerit perditam naturam humanam: inuentamque reportat. Ego sum, qui erranti sicut ouis quaerit. *Quere seruum tuum Domine.*

Christus Pastor.

Vt balantes colligat oues pastor, ex ditiore colle clamat, quo exaudiatur vox nota, ouesq; contrahat: ita Iesus in monte Caluarie. Et vero exaudita vox eius est per totam gentilitatem, Iudæam; adeoq; in limbo, in orco. Pl. 68. *Laboravi clamans, rauca facta sum: faucibus meis.*

Clamans in cruce oues conuertens.

Etenim sicut, 1. Reg. 17. Dauidè greges patris in montibus Bethleem pascente, cum vrsus velleo inuadebat oues; ipse prædam eripuit; ferasq; interfecit. Ita Iesus strauit leonem rugientem, mortemque morte: & oues eripuit. Itaq; seruatori vitam, animamq; debemus.

Exipitque Leoni.

Iacob, gregum Labani pastor, eius ingratiudinem zelo bono arguens ait: *Gén. 31. Per viginti annos in domo tua seruiui tibi: die noctuque aflu vrgebar & gelu fugiebatque somnus ab oculis meis.* Satis hoc ad iram Labani reconciliandam: sed nihil ad obliuatum animum emolliendum. Maiora pertulit pro nobis *Pastor bonus*: eorumq; ingerit memoriam, *vigilansque fuit sicut passer solitarius in tecto.* Et quoruscumque vocem cruciatuum eius audit? Qui oues sunt eius; audiunt.

Pro his laborat plurimum.

Vultq; passivocem audiri.

II. Vox eius inter alias etiam est ista: *Voces eius Luc. 3. Parate viam Domini, rellas facite semitas eius*: auferte saxa obstinacis, vepres malitiae, mōtes superbiae, &c. 2. Vox eius est Noachi admonentis, deuitemus peccati, ac poenarum diluuium. *Genes. 6.*



3. Vox eius est Angelorum, *Genes. 19.* exire è Sodoma iubentium in montem Saluatoris, ac crucis. 4. Vox eius est Ionæ, interitum nunciantis: *nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.*

At auditur à paucis.

1. Domine, emisisti vocem similem nobis, plorans, in præsepio: audiere Angeli, Pastores, Magi; & aduolarunt. 2. Vir factus vocem dedisti in templo, in Synagoga, in plateis, in campis, & super aquas: audierunt Cananæa, Samaritana, Magd. Zachæus, Regulus, Centurio, &c. Quot interea obturauerunt aures suas, inftar aspidis surdæ? In cruce, clamantis à voce intremuit orbis; nec te audiit tum, nisi Iatro. Scribæ, milites, &c. surdine verbum audissent. Quotuste quisque audit hodie?

Dicis: *Qui vos audit, me audit.* At *Isai. 53.* Domine quis credidit auditui nostro? id est. Romanorum 10. *Quis obediuit Euangelio?*

PARS III.

De vocis pastoris Audientia.

Dei Verbum non audientibus fit in iudicium. Confertur cum Corpore Christi.

VERUM, malo id vestro, ô scabiosæ oues. Sicut enim volumen legum Moyse olim tradidit Leuitis, in Arcam reponendum *Deuter. 32.* *Vt sit tibi contra te (alias coram te) in testimonium:* Ita Pastoris, pastorumque voces ad iudicium referuantur, in caput obsurdæ ruituræ, in testimonium condemnationis.

1. Fiunt eæ voces similes Christo, qui alius quidem lapis est fundamentalis: at alius petra scandali. Ita vox pastorum his salutis; damno istis. 2. Sicut Eucharistia his vita, mors istis. Ita *Augustin. libr. 50. Hom. 15.* Vbi ait: *Interrogo vos fratres: Quid plus videtur vobis, Corpus Christi, an Verbum Christi?* Concludit, non minoris reum peccati, qui Verbum Dei contemnit; quam qui Corpus Christi proculcat. Neque hanc vnquam retractauit sententiã

Augustinus. Habetur & in *Decret. Cod. ca. interrogo.*

Nec abest ratio. Tanta enim peccati est culpa, quanta Dei præstantia. Quod si peccatores conuertere maius est miraculum, quam re Deum mortuos carne suscitare: certe idem velasperrari, vel impedire, grauius est, quam homines viuos trucidare. Nam hoc corporum est malum; istud animarum.

Bene *Chrysostom. in Matth. Regia litera non legitur in Senatu, nisi cum magna omnium attentione: Quid ergo ex estis Regi litera in medio Ecclesie lecta?* Earum primus fuit tabellarius Iesus: Dein Apostoli; quibus ait: *Sicut misit me viuens Pater, & Ego mitto vos.* Perinde sunt igitur audiendi.

II. Hominem is ex homine exuerit barbarus, qui procul degens alio in orbe, nec suorum literis aut nunciis afficeretur, nec eis, cum posset, salutem diceret; nec vllam ipsorum patriæque memoriam secum coleret. Huius sunt similes procul cælo in terris exules: at celestium literarum negligentes: exsortes communionis cum Diuis mutua: nec media captantes ad ipsos permeãdi: nec ipsorum dulci pascentes se memoria. Hominemne hunc, an brutum dixeris?

Captiuus in Babylone Iudæis quoties subibat memoria Solymæ; toties *Super flumina,* aiunt in *Psal. 138.* *Babylonis sedimus, & fleuimus; dum recordaremur tui Sion.* Quo magis nos, exules patria; cui conditi sumus ac renati.

III. Metuendum est, ne istius obliuio fit quædam à Deo reprobatio. Nam *1. 2ur signum Cor. 14.* *qui ignorat ignorabitur.* 1. Enimvero, horresco memorans; si Beati, qui audiunt Verbum Dei: ergo maledicti, qui non audiunt. 2. De piscibus, recentes sint, an putiscentes, ex inspectis branchis seu auribus fit iudicium: ita ex auditu Verbi Dei de filio Dei, viuatur, an mortuus sit.

fit. 3. Audi: *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* id est, prædestinatus est. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, id est, reprobi estis.*

simile.

Fures, in flagranti furto deprehensi, primum flagellari consueverunt: post iterum comprehensis aures præscinduntur: demum in furcam aguntur. Ita peccatores rerum prohibitarum appetentes, ac vndiq; cupita rapientes, primum quoquo modo abs Deo castigantur. Nam multa flagella peccatoris. Psal. 31. Iterum sæpiusq; relapsi obdurantur auribus ac animis. At demum, Prou. 18. *peccator, cum venerit in profundum, contemnit.*

Figura.

1. Lex erat, Leu. 26. *Bovem & ovem a ure & cauda amputatis voluntarie offerre potes: votum autem ex eis solui non potest.* Significat Deum nequaquam animabus delectari auribus truncis: quæ ipsæ verbo Dei non delectentur.

Alia.

2. Elapso servitutis septennio liber abire servus poterat. Leu. 21. Deut. 15. Si nolebat, auricula per subulam ad domus postem affixus æternum mancipabatur. Ita homo pertusæ auris servus est demonis; suis mancipatus concupiscentijs: nam *transit in affectum cordis.*

PARS IV.

De vi auditi Verbi.

Eff. auditu
suave.

I. Sed isti non gustarunt, quam suavis sit Dominus, & vox eius dulcis. Alioquin dicerent: Psal. 118. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel & favum ori meo.* 1. Regina Sabæ, 3. Reg. 10. audiens Salomonem, extra se rapiebatur. 2. Magdalena, præteritarum immemor deliciarum omnium, ad pedes affidens audiebat Dominum. 3. Milites, Ioan. 7. ad Dominum comprehendendum missi, audierunt attoniti. Ecce vim auditi verbi. 4. Iosias Rex, 4. Reg. 23. legit minas Legis, intentatas violatoribus; mox indo-

1. Efficit
attentum

2. Demotum.

3. Motum.

4. Pernitentem.

luit toto animo, scissoque paludamento misit ad oraculum percunctatum, quid opus factu: simul ad præscriptum legis vitæ rationes instituit.

5. Audierat S. Antonius forte in templo istud: *Vade, & vende omnia quæ habes, & sum. sequere me.* Fecit. Et vir quantus ex tantulo verbi semine evasit:

6. S. Augustinus istud: *Non in comensationibus, neque in luxuriis consistit regnum Dei: legit: substitit: & ab hæresi Manichæorum destitit.* Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.

Quod ferente legem Deo in monte Synai, celum tonaret, fulguraret, clangerent tubæ: indicat, quanta vis Verbi & legis esset futura Evangelicæ.

Neque audientia Verbi diuini esse vulgi tantum existimanda est: sed quorumvis doctorum etiam. 1. Quis Paulo profundior? Ad Ananiam tamen auditorus salutaria mittitur. Act. 9. 2. Dionysium Areopagitam Ecclesia non haberet; nisi Paulum is attendisset. Act. 17. Lectio erudit: at vox viva permouet. 3. Davide quis in lege peritior? Non tamen de peccato indoluitante, quam audisset Nathanem. 4. Pharisei doctores erant populi: ad Baptistam tamen exiebant audientium. 5. Quot, quanti sapientes ex ultimis orbis oris consuebant auditum Salomonem? 1. Reg. 19. Quare imitemur Samaritanam, tanto ex auditione Domini succensam zelo, vt hydria relicta, alios ad eundem inuitaret, ac conciret.

5. Religio-
sum.

6. Ortho-
doxum.

Figura de
vi legis
Dei.

Etiã do-
ctis audien-
da concio-
nes. Exem-
pla.

FERIA

FERIA V. POST DOMINICAM
Passionis.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, Luc. 7.

Confule Locum de Festis per annum,
in F. S. Magdalena.

FERIA VI. POST DOMINICAM
Passionis.

*Collegerunt Pontifices, & Pharisæi
concilium aduersus Iesum.*

Ioann. II.

Iam diu, Gen. 31. in Iosephum coxerant
odium fratres, rei sceleris pessimi; cum
demum ineunt consiliunt in fontis occi-
dendi. *Ecce somniator venit; venite occidimus
eum, & videamus quid profint illi somnia sua.*
Ita hodie Collegerunt. &c.

Nos super eo

- I. De prauorum fugienda societate.
- II. De concilio ipso.
- III. De re bona male consultata.
- IV. De consilio bono imprudenter dato, ac
necessario.

PARS I.

De prauorum societate fugienda.

*Fuga taliū
est.*

*1. Inigne
bonum.*

*2. Est fide-
litas qua
dam.*

*3. Avertit
à Deo ani-
mos.*

I. Themistocles, Dux Atheniensis, præ-
dium venale proponens, iustitiam
præcone addi: Et vicinam habet bonum.
Plut. in Polit. Significa. honorum qua-
renda esse confortia; fugienda malorū.
2. Psalm. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio
impiorum.* 2. 1. Cor. 11. *Non commisceamini
fornicariis: & cum eiusmodi nec cibum sumite.*
*An nescitis, quia modicum fermenti totam
massam corrumpit?*
Sara, Gen. 12. pensentit Israheliscōsue-
tudinem Isaacō perniciosam fore ad
idololatriā: itaq; in stat eum eici, vel Deo
ipfi fauente: *Et ecce ancillam, & filium eius.*

Quare quæ cura ciuitatum est, ne ab
infectis peste locis vicinis inficiantur: par-
ac maior sit oportet, cauere improbo-
rum congressus. Velistos à te; vel te ab
istis abstine.

Fac quod apicula: hæ ingruente vel
hyeme, aut vento, vel imbre, se in cellu-
lis continent; neu quid mali accipiant.
Istis est deterior tempestas improbo-
rum. Vis enim magna est & multitudinis,
& consuetudinis, & impunitatis. Ideo
Dauid Psal. 54. *Elongaui fugiens, & mansi in
solitudine.*

II. In V. Test. leprosi cæcibus hominū
arcebantur ac vrbibus: vnde Luc. 17. de-
cem illi etiam à longe steterunt, & leuauerūt
voces suas. Sic prauū vel arcendi, vel coer-
cendi, aut defugiendi sunt.

2. Rex Iosaphat copias cum impio iū-
xerat Achabo: ideo sic à Propheta argui-
tur: 2. Par. 19. *Impio præbes auxilium: & his,
qui oderunt Dominum, amicitia iungis: &
idcirco iram quidem Domini merebaris.*

3. Ea causa ita seuerè Dominus, Exod.
34. *Non accipies vxorem de filiabus eorum (a-
lienigenarum) filiis tuis: ne faciant fornicari
filios tuos in deos suos. Quin imo Cauet, ne vn-
quam cum habitatoribus terræ illius iungas a-
micitiās, quæ sint tibi in ruinam.*

III. Nec alia potior causa extitit, cur
orbe toto mundarit scelerum primo,
dein aquarum diluuium; quam quod
filij Seth, (ob pietatem Angeli dicti) cum
filiabus Cain connupissent Gen. 6. 2. Pe-
tri negatio prouenit ex militari commer-
cio; ita socius blasphemorum blasphe-
mator factus est. 3. Vel vnus Iona, cap. 2.
societas in quantum nautas discrimen
adduxit? 4. Iudas vnus, Matt. 28. putatur
vel tempestatis, vel certe timoris Ap-
ostolorum extitisse causa; vt despe-
rati in iactatione clamarent, *Domine ad-
iuua nos, perimus.* 5. Vnius Davidis culpa,
fuit causa septuaginta milliū peste extin-
ctorum

torum. 2. Reg. 24. 6. Vnus rebellis Abfolom traxit ad internecionem duodecim millia virorum fortissimorum. 2. Reg. 15. 7. In præfens, ecce Cayphas totum cogit Synedrion, in caput Domini molies perniciem. Vnus fax omnium est.

PARS II.

De Concilio ipso.

Ocasio
Concilij est
gloria Dei.

I. Causa Concilij fuerat suscitatio Lazari, & totius populi ad Christum facta cōuersio, seu admiratio cum veneratione. Hic inuidia ardentes iā diu Principes Sacrorum, in Dominum conspirat, populi defectionem metuentes.

Mis similia
sunt im-
pudentia
sua.

Ingenium hoc satanæ est. Spectante vel vrbe, vel homine ad conuersionem; continuo is omnia mouet intus in homine passiones, consuetudines, sensus, amoresque sui; &c. foris aduersa, negotiaque ingerit. amicos, vt lobo, subornat, &c. tantum vt Dei cultum retardet, aut conuellat.

Exempla.

1. Iacob, Gen. 31. vt primum conuasarat, vt se subduserat; hic eum Laban persequi, expostulare, mortemque meditari: ni fata obsticissent. Ita dæmon in mund fugas.

2. Pharao, Exod. 7. 8. &c. vt sacrificatos Israelitas impediret, vt digressos deleret: quanta non molitus est? 3. Reuerfi ex Babyl. captiuitate Iudæi, 1. Esdr. 3. templum, vrbemq; instaurant: continuo gentes circum in arma ruunt, infestantq; atrociter.

4. Iesu vix dum nato, ecce furias Herodis ad infanticidium proruentes. Ita dæmon, caro, mundus in eos, qui animas sacrificare suas Deo instituunt: aut speciale ei collocare templum parant; aut renasci cœptant.

Concilij
propheta.

II. Tales isti collegerunt concilium. 1. Vt implerent id Psal. 2. Adstiterunt Reges terra, & Principes conuenerunt in vnum aduersus

Dominum, & aduersus Christum eius. 2. Sap. 2. Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & Filium Dei se nominat. 3. Ier. 2. Cogitauerunt super me concilium dicentes. Eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memoretur amplius. isthæc Pontificem, Sacrum Senatū attentare fas? Quostalia prohibere oportebat.

1. Ita, 2. Regum 4. princeps Consiliarius *Figura & exempla.* Davidis Achitophel, complex Absalomi factus, vltimam Regi perniciem moliebatur. At suo malo pessimo. 2. Ita Aman, Esth. 5. iam rem peregerat edicto, vt Machochæus cum Iudæis vniuersis internecione delerentur. At in caput ipsi fabam Deus recudit. 3. Ita Herodias saltatriculæ filia consilium perendi capitis Baptistæ suggessit. Matt. 14.

Collegerunt Concilium. Sæpius id tale in Iesum fuit. 1. In prima rerum creatione; cum factum est prælium magnum in cælo. 2. In paradiso inter serpentem, Adam, & Euā: *Concilium idē sapius habitum eratq; factale.* Eritis sicut Dii. Hoc scilicet agebatur. 3. *Concilium idē sapius habitum eratq; factale.*

Quid quod vel inde ab æterno SS. Trinitas ipsa concilium iniit aduersus Dominum, & aduersus Christum eius? Fuit in fatis id Domino, nasci hominem; pati vltro-nem. Et erat ineluctabile factum hoc. Orastamen Iesu; *Transseat à me calix iste: Sed nil exoras. Hocq; sciebas; ideo inquis: non mea, sed fiat voluntas tua Pater.*

PARS II.

De re bona male consultata.

I. Itaq; in Concilio cœli, & terræ lata in *Sententia* Iesum sententia fuit. Qua vero ex *Concilij* causa, vel culpa? 1. *Expedi, vt vnus homo* 1. *Ex cau.* moriatur pro populo. Causam audio, Cai. *sa* pha: At vbi culpa? 2. *Quid faciemus, quia hic* 2. *Ex cul-* homo multa signa facit. O gloriosam vtrāq; *pa.* & causam, & culpam!

1. Quia salus est populi; ideo debet mori.

PPPPP

mori. 2. *Hic homo est, qui, vt nunc, ita & olim multa signa facit, in exitu Israel de Aegypto, per manum Moysis in Aegypto, in mari rubro, in deserto, in terræ promissæ ingressu, in ipsa terra, & hodie.* 3. *Hic homo est is; qui in mundum Ierichuntinum descendens, incidit in latrones vos ipsos; Luc. 16. & vos quoque despoliatum in bonam crucem agetis. Et hoc nunc agitis in concilio.*

Refutatio Concilii, ab euentibus contrariis.

1. *Signorū.*

2. *Romanorum.*

3. *Vilitatis.*

4. *Damni.*

5. *Dementia.*

II. Sed ecce ob signa id agetis: 1. At ipse vel moriens signa faciet; resurgens maiora. Ecquid tunc vobis consilij? Nec resistere poteritis. *Vos nescitis quicquam.*

2. Quin etiam venient Romani, & auferent locum vestrum. Ergone expediet vobis, vt hic homo moriatur?

3. Certe nobis plurimum, imo toti mundo. Nam totus mundus abit post illum credens in, vt per illum. Vere vos nescitis quicquam.

4. Recordemini dicti illius, ac signi dandi vobis; Signi Ionæ. Vos iam tempestatem cietis; & in ipsum; quia Ionas est. Eteijcietur ille: at restituetur: & vestra vos tempestas inuoluet, & absorbeat. Ideo *Vos nescitis quicquam.*

5. Repetite animis Gerasenos: *Luc. 8.* hic erat, qui ab incolis dæmones abigebat; inque porcos. Vt porcos seruant; simul & dæmones vexatores, & incolas miseros: rogant ipsum cedere finibus suis. Vah! An non stolidi? An non sibi ipsis nequam? At is erat hic homo: Et vos nunc istorum similes. Occidere eum vultis, quia tam salutaria in vestros signa facit. Quare, vos nescitis quicquam. Neque hoc fecit: cur, quibus, quantum, quoufque expediat vt vnus hic moriatur. Mors eius orbis salus est.

Concilium non liberū. sed vt & mine, CAUSAM.

III. Tu vero Caipha cur collegisti Concilium? An, vt caperes ab cunctis consilium? Cur ergo refutas cunctos, dicēs: *Vos nescitis quicquam.* Vt quid consulis i-

gnorantes? 2. Ergo, vt imperes iis tuum præstitutum decretum, vocasti eos. At hic factus est tyrannicus.

3. Facis opere, quod verbo profitebatur olim Xerxes, Persarum Rex: *Val. Max. facti. l. 5. cap. 9.* Contraxerat proceres ad consilium de bello Græcis inferendo, & ita præfabatur. *Ne videar meo tantum vsu consilio, vos contraxi. Cateram scitote, parendum vobis magis, quam suadendum.*

4. Simile consilium cum Ionatha Saul tractauit in Dauidem, imperans, nō consultans, ait, 1. Reg. 20. *Quam diu vixerit filius Isai super terram, non stabilieris tu; neque regnum tuum. Itaque iam mitte, & adduc eum ad me. Quia filius mortis est.* Ita Caiphas. *Nescitis quicquam, expedit, & c.*

PARS IV.

De Consilio bono dato, ac necessario.

1. **F**alleris: Quia Hunc occiditis; ideo tota gens peribit, venient quoque Romani. Eueniet vobis, quod Ieroboamo, 3. Reg. 13. Rebatur hic erectis passim vitulis, & idolis, se populum seruaturum, ac regnum stabilituram: at secus cecidit: Se, regnumque euertit.

2. Præcipite sortem vestram ex Pharaone: *Exod. 2.* Suum regni firmandi consilium vertit ipsi, regnoque in exitum: & contraria cecidere omnia: pueri occidi iubentur, at multiplicantur: opprimit laboribus populum; vt eneruet: at corroborat. Tenere eum nititur: at inuito furripitur: Occidendum persequitur; at submergitur.

3. Scitote Iesum plusquam Eliseum esse: Atqui Rex Ioas, 4. Reg. 13. ad moriturum Elisæi pedes prouolutus sic plorat: *Pater mi, Pater mi, curru Israel, & auriga eius, quasi dicat, tu moreris, tecumque regnum moritur.*

4. Caipha in te tuosque seralem pronun-

Figura firmi strandi Consilii.

Consilium bonum non est in seipso, sed in rebus.

Consilium non est in seipso, sed in rebus.

Consilium non est in seipso, sed in rebus.

Consilium non est in seipso, sed in rebus.

Consilium non est in seipso, sed in rebus.

nuncias sententiam. Mucro in ipsum dirigitur: at in vos transfigitur; hodieq; in vos figitur. Plusquam Elifæus hic: plures dedit salutes ac sanitates patriæ. Si nõ Dei esse filium credis; at signorum salutisque operatorem cernis, & scis. 5. Plura is monstra extinxit in Iudæa; quam Hercules in orbe toto. Hæc ipso extincto succrescent, & vestro se sanguine palcent. *Nescitis quicquam.*

Consilium bonum a vero malo. Patologica dicitur. Causa sequenti.

II. Verum est: *Expedi, vt vnus moriatur.* Sed, si propter vos; tunc & vobis expediat. At quia per vos; ideo non expediat vobis.

1. Infœlix; vt hoc intelligas, lumen non habes. Neque aliorum quisquam dixisset quicquam pro Christo. Concluditur: *Moriatur.* 2. A deo nullus est omnium, qui præmoneat Dominum, vt caueat: 1. Esau conspirarat in Iacob; & ecce ab Rebecca monetur, fuga sibi consulat. Gen. 22. *Ecce, Esau frater tuus minatur, vt occidat te.* 2. Chusai, 2. Reg. 15. aperit Dauidi cõsilia Achitophelis & Absolomi: Christo nullus. 3. Ecquid agitis Nathanael, Gamaliel, Ioseph ab Arimathia? Nil adeo pro vestro Præceptore dicitis? Nil adeo ipsum submonetis?

Consilium necessarium etiam. Obsequium.

III. Bene tamen, Caypha, pronuncias: etsi animo non bono. Prorsus *expedit*, planeque *necesse est*. En amplius pronuncio. 1. Omnia Deus expertus est media spirandi generis humani, profecit nullum: Superest hoc vnum: vt vnus homo moriatur pro pop. ne tota gens pereat. 2. Nam, Heb. 2. *Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos in gloriam adduxerat; Autorem salutis eorum per Passionem conformari.*

Obsequium. Postea.

3. Nonne id ex Prophetis, figurisque scitis? Luc. 24. *O stulti, & graui corde: nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?*

Obsequium. Postea.

4. *Expedi.* Quia peccati grauitas est in-

finita, tum ob læsam Maiestatem infinitam; tum infinitam contagij malitiam: Ideoque infinitæ potentix ac meriti satisfactore opus. Quare necesse fuit, vt, Deus homo factus, *homo vnus moriatur hic:* nam alter ei par nec est, nec erit; nec vnquam fuit.

5. *Expedi* & Angelis; vt ruinæ reparentur. 6. Patribus, vt è limbo vindicentur.

Homicidæ reditus in patriam non erat, Num. 15. nisi post mortem Pontif. sum. *Figura Epilogica.* Omnes homicidæ sui ipsorum fuerant: Itaque Huc Pontificem mori expediebat, quo reducerentur captiui in patriam liberi.

SABBATO POST DOMINICAM PASSIONIS.

Nunc anima mea turbata est.

Ioan. 12.

DAuid, 2. Reg. 15. seditionem Absolomi fugiens, pedibus, & capite nudus, transibat torrentem Cedron in desertum; & medullitus turbatus dolori penitissimo vbertim illachrymabatur. Ita IESVS hodie, post Synagogæ coniurationem, in oculis inque animo tragœdiam instantem omnem ferebat mœstus.

Nos eiusdem occasione

I. *Depugna carnis ac spiritus.*

II. *De passionibus Christi.*

III. *De clarificatione Domini.*

PARS I.

Depugna carnis ac spiritus.

I. **T**Entatus, & expertus Iob 7. ait: *Vita est ea con-*
hominis militia super terram. 1. Nam *genita.* sicut cœlos, continuo, vt primum eos condiderat Deus, Angeli motu violento contra naturam ipsorum abreptos ab Oriente in Occidentem circumegerunt;

PPPPP 2 ne-

neque dum desistunt, nisi cum mundus finiendus erit: ita creatos, lapsosque homines mox raptos inuasere cum angeli Satanæ; tum appetitus prauus. 2. Unde *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum: Sed aduersus mundi retores.*

Est gemina cum carne & Satana.

En duo bellorum genera. Hoc dixerim externum: internum istud, atque civile. Nam in nobis nascitur inde ex corruptis naturæ principijs passionum. Ad eo Gal. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus Carnem.* 1. Hæc enim est Eua nostri Adæ, Gen. 2. 2. Est fornicatrix Iezabel, 3. Regum 21. Reges in arma cogens. 3. Est Dalila, Iud. 16. Samsones enervans. 4. Atque ut motus maris omnes à luna crescente & decrescente causantur: ita motus animæ ab concupiscentia. 5. Hæc est aries ille bicornis, Dan. 4. qui animalia cætera prosternebat: instructa cornu irascibili & concupiscenti, rationem sensus, ac animam ipsam sæpe prosternit in peccatum, ac mortem. Tanto perniciosior, quanto interior: ut, sicut nata nobiscum; sic & à nobis sit nutrienda; Ceu in sinu vipera.

Inimica & noxia est. Figura.

II. Figuris liquet. 2. Iacob & Esau, Gen. 25. vel in utero se calcibus appetierunt aduersi. Tales in nobis congeniti superior sensus rationis & inferior. 2. Abel & Cain fratres aduersi, Genes. 4. dissidium sanguine cruentarunt. Tanto in spiritum surgit impetu caro! 3. Sara coniux Gen. 21. & Agar ancilla Aegyptia, eadem in Abrahamæ domo odia exercebant; nec ponenda, nisi alterius eiectione. 4. Vidua Dauidi sic conqueritur. 2. Reg. 14. *Ancilla tuæ erant duo filij, qui rixati sunt aduersus se in agro. nullusque erat, qui eos prohibere posses, & percussit alter alterum, & interfecit.* Sic animæ duo sunt filij, Spiritus & Appetitus: iter est vita, ager est mundus.

5. Tales erant Absalon & Amnon

duo filij Dauidis. 2. Reg. 13. Hi Thyestæo spectaculo mensam hospitalem scelerarunt, alterius cum cæde. Ita spiritus & Appetitus eadem mensa refecti, parricidia sæpe designant.

Figura de innata.

6. Notæ sunt rixæ Abrahamæ ac Loth, Gen. 13. & vtriusque pastorem. Ita ratio & concupiscentia, & facultates vtriusque bella gerunt internecina, nunquam cessatura. Nec ab iis immunis quisquam: An Iesus? Id ager hortensis docuit: id hodierna lectio.

PARS II.

De passionibus Christi.

I. Dominus Iesus Ira succensus ementes & vendentes eiecit templo; & in Phariseos sapius iratus, eorum vitia coarguit. 2. *Cæpit idem quoque pauere, & tædere, & tristis esse.* 3. Alibi lachrymatum est super Ierusalem. 4. Alias turbatus infremuit spiritu. Hæc vero sunt passionibus.

Exempla passionum Domini.

Risisse nunquã legitur, ad instar Heracliti Philosophi ἀγλάζου: ut qui in domo luctus exulageret. Sicut in Aegypto Israelita semper mœsti, inque Babylone captiui Pl. 136. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*

Agelastus fuit factus.

Dominus igitur cum natura nostra omnes passionibus & accidentia nostra induit; quæ vnioni hypostaticæ non repugnarent. Ut sunt ignorantia, peccatum, inclinatio ad peccatum. Nam, ut qui dat esse, dat etiam quæ consequuntur ad esse; ita & qui accipit. Itaque per omnia nobis simili factus, absque peccato, & peccabilitate. Nam ut cælum corrumpi non potest; ut pote non obnoxium quatuor primis qualitatibus; idque propter formæ nobilitatem: ita Christi humanitas impeccabilis fuit, ob hypost. fin. Ut Sancti quoque, qui beatitudine perficiuntur.

Quatenus passiones assumserit.

II. Quastamen assumit passiones, id causa assecit. *sumptus*

fecit. 1. ad satisfaciendam earum adm-
niculo. Augustinus *Epistol.* 141. 2. Ad ex-
emplum poenitentiae demonstrandum,
Bern. serm. 2. in *Cant.* 3. Ut verum se homi-
nem doceret. *Cyr. l.* 2. in *Ioan.* Nam ut inde
concludimus, eos aliam habere natu-
ram ac materiam, quam haec inferiora,
quae non eadem habent accidentia, ita &
de Christi humanitate colligi potuisset,
non veram fuisse.

Iam autem, sicut Iacob, *Gen. s.* 29. sibi
iunxit matrimonio pulchram Rachae-
lem; sed & lippam Liam; simul ut par-
tem de gregibus Labani haberet: ita Do-
minus naturam humanam; & deformem
concupiscentiam; simul partem brutali-
um passionum sibi iunxit.

Quae tamen ab nostris differrent. 1.
Obiecto. Nos enim saepe concupiscimus,
quae odisse oporteret: laetamur, ob quae
tristandum esset. 2. *Principio.* Non enim
motus primo primi in nostra sunt pote-
state; Vnde saepe ferimur imprudentes ad
illicita. 3. *Effectu.* Saepe etiam ad actus im-
permissos abripimur passione praepoten-
te, & rationem obcaecante.

Magna vis passionum est, cui non su-
mus obsistendo. Hinc vultuum mutatio-
nes, motus cordis, corporisque. Laetitia
sanguinem diffundit, cholera succendit
ebullientem, metus obstupefacit. Lingua
titubat ab ira, cor & artus tremit, terrore
expallescimus, rubescimus pudore,
&c.

Sicut exhalationes terrae obturbant
aerem, obnubunt solem, tonitrua, fulgu-
ra, fulminaque cient. Ita pro passionibus ra-
tionem inuoluunt, &c.

III. Secus in Christo. In eo non istuc
ascendere, non praertere rationem,
non ad illicita verti quibant. Fleuit;
sed ob peccata. *Gen. deo Ioan. 11. propter vos,*
ut credatis. Iam turbatur: sed ob perditam
in multis Passionem suam tantam. 2. Im-

perare tamen Ipse primis valebat moti-
bus: nos minime. 3. Ipse à primo incarna-
tionis puncto prauios cruciatus suos
praesentit: ut & in glorificatione Thabo-
rina: nam de excessu loquebantur passionis:
Sed non iis turbatus fuit, nisi cum voluit.
Ideo ait: *Nunc turbata est, &c.* 4. Bene S.
Ioann. Damasc. q. 8. v. 8. *Naturalia in Chri-
sto non precedebant voluntaria, & iratus est,*
doluit; timuit; quando voluit. 5. Matth. 8.
Quis est hic, quia mare & venti obediunt ei?
Parum hoc: Maius est, quod passiones
obediunt. 6. Quare sicut, tum voluit,
gloriam in corpus emanare permisit: ita
& turbationem intrare in animam; cum
voluit. Sicut tamen ut interior, seu supe-
rior pars animae non attingeretur, nec in
visione beatifica vnquam impediretur.
7. Ut igitur in arca Noe omnes ferae pa-
cifice viuebant, tigres, leones, vrsi, &c. ita
in Iesu passiones.

Et hoc in Christo mirabile: vniam pas-
sionem non impedisse aliam. Ideo sum-
mus dolor crucis non impediit dolorem
minimae spinulae. Nec gloriae visio beati-
fica obstitit, quo minus inferior pars ani-
mae turbaretur.

P A R S III.

De clarificatione Christi.

Pater clarifica nomen meum, id est, Ioan.
17. *Pater, clarifica filium tuum, Angelis,*
mundo, Satanæ, me Deum esse. 1. Quid?
An non iam diu, & saepe te clarificauit?
Quam id luculente in natiuitate? In ba-
ptismo? In tot miraculis? Quid ultra?
2. An clarificationem crucis affectas? Et
quidem *desiderio desideras hoc pascha man-
ducare.* Iltius te tropæa triumphi non fi-
nunt quiescere: Ut Themistoclem Mil-
tiadis. Quanti victoriarum triumphus ex
deuicto peccato, mundo, dæmone, in-
ferno spoliato, resurrectione, ascensio-
ne? &c. *Pater clarifica.* 4. *Fili, clarificauit, &*

PPPPP 3 cla-

Figura.

Differencia
arum ab
nostris.In huma-
narum pro-
passionem
in nobis.Iltius in
Christo.

clarificabo: Orbis vterque tibi acclamabit:
Quis est iste Rex gloria? Psalm. 23. Vidimus
gloriam eius gloriam quasi Vnigeniti à patre,
plenum gratiæ, & veritatis. Ioann. 1.

POST DOMINICAM
Palmarum.

Feria II. III. IV. Conceptus Eucha-
risticos reperies in festo Corporis
Christi cum pluribus
aliis.

FERIA SEXTA IN PA-
rasceue.

PASSIO DOMINI NOSTRI
Iesu Christi.

MOesta dies Funeris magni, & cru-
enta Sanguinis Agri: in fontis mor-
te Domini, & seruorum vita nocentum
nobis? Non Stephani, lapidibus corona-
ti, martyrio insignita: non Laurentij in-
ter purpuratas sanguine prunas famosa
cruciatu; non Bartholomæi pelle derra-
cta celebris: Sed, quod omnia super, Pas-
sione Domini Nostri Iesu Christi. Filia
Israelitides quotannis planctum agita-
bant ad Iephtanæ filia bustum, ex patris
voto immolatæ. *Iudicum 12.* Plangemus
nos ad Passionis ac Mortis Dominicæ
commemorationem.

Se d vnde Numinis petam auxilium?
An à Patre? At hic iratus sanguinem spi-
rat & vindictam. An ab Angelis? At hos
luctus habet. An ab Deipara? At ipsius
animam pertransiuit gladius: viuens
mortua in morte filij est. Vna superes
cælorum, terrarumque decus Crux
gloriosa.

O Crux aue spes vnica. &c.

Nos in præsens

Sacræ Passionis historiam trimem-
brem constituemus.

(Horto 1.
De gestis in Vrbe. 2.
Caluarie. 3.)

Ista vero Partibuster quinis edisse-
rentur.

IN HORTO.

- I. Proœmium sympatheticum ex specie
facti immanioris.
- II. De Horto, & comitatu Domini.
- III. De dormientibus Discipulis.
- IV. De Confortante Angelo.
- V. De Agonizante Domino.
- VI. De proditore Iuda.
- VII. De Captiuitate Iesu.
- VIII. De gestis reliquis in horto.

IN VRBE.

- IX. De Gestis Annam apud & Caypham.
- X. De negante Petro; desperante Iuda; &
compatiente Maria.
- XI. De accusatione apud Pilatum facta.
- XII. De secreto examine Pilati in Iesum.
- XIII. De gestis reliquis apud Pilatum.

IN CALVARIA.

- XIV. De Iesu baiulante Crucem, & Cruce
baiulante Iesum.
- XV. De gestis reliquis, dictisque ad Cru-
cem.

DE GESTIS IN HORTO.

PARS I.

Proœmium sympatheticum ex specie sa-
cti immanioris.

- I. **T**Himantes Iphigeniæ depingens Passio Chri-
sti est in-
fabiliu.
immolationem, cum amicos cir-
cum appinxisset alios alio luctus schema
te, demum patris Agamemnonis sum-
mum expressurus luctum, non habuit,
quo eum melius repræsenteret; quam vt
velo

velo ei vultum obnuberet, quasi diceret: quem quis cumque luctum poterit, excogitet; eo ipsum luxisse ex obelatione vultus intelligat. Fateor: profiteor, ne animo concipere, ne exprimere oratione valeo cruciatum Domini patientis: nisi Ipsum spinis oblitum, concisum flagris, crudum & cruentatum, totumque deformatum produxero.

Memoria
libile.

Quid? Sanctus Gregorius profiteatur: Cogitanti mihi, ait, de Magdalena penitentiā, flere magis lubet, quam aliquid dicere: quid igitur nos de Passione Domini.

1. Quis ergo, Jer. 1. dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte?

2. David, cognita cæde Abner, indoluit, & cunctis Satrapis ait: 2. Regum 3. Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. At vos ante exequias Seruatoris scindite corda vestra, & plangite peccata.

1. Oblu-
tionem spe-
culi le-
uaturæ
communis.

II. Valuit (teste Plur. in Cæsar.) ad acrem animorum commotionem M. Antonio, togam Iul. Cæsaris pro Rostris in foro stillantem sanguine ostendisse populo; ut cædis autores Cassium ac Brutum expellerent Vrbe; armisque prosequerentur. At ego non tunicam Cæsaris, sed Domini Iesu Christi: Humanitatem vobis producam laceram ac cruentam. Et quo par erit accendi zelo animos.

2. Ob cogna-
tionem no-
stram ipso.

Vidit Iacob, Gen. 38. tunicam filij Ioseph tabo manantem: vidit, & irruguit dolore intimo, inconsolabilis: humique prouolutus scissis vestibus indutus est cilicio, lugens filium multo tempore. Quæ tunc luctuosa iam hic?

3. Ob forsitan
piorum mu-
tationem.

Amici Iobum suum, cap. 2. videntes in simario sedentem, sanie, vlceribusque tabidum, derelictum à cunctis eum, qui Rex terræ prius omnibus abundas præcelluerat, ipso septiduo muri & attoniti misero affederunt. Sed quale hoc dista-

gellati, crucifixique spectaculum præ illo? Ad quod vel bruta natura inhorruit. Neque regulus est, qui vltima ista perpetiebatur: sed Deus de Deo Rex Regum.

Quod si igitur Esthera, capite 5. freta formæ gratia, interius Assueri ingressa conclaue, ad insolito maiorem Regis maiestatem concidit semianimis: Quid homo, iam suapte fractus conscientia, ad Tanti Domini talem aspectum? ad tot opprobria, blasphemiam? ad talem humilitatem, nuditatem? &c. Eritne vltra in eo Spiritus?

4. Ob Ma-
testatē iam
profanā.

III. Audi inaudita: Deus homo patitur, moritur. Isaia 53. Quis credidit auditui nostro? Et tamen, infidelibus 1. Corinth. 1. predicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Quis Rabbino per suaserit crucifixum esse eum, qui Israelitas eduxit ex Agypto? Quis gentili Philosopho, eum esse passum, qui sit purus Actus, immortalis, impassibilis? Et hoc est, quod hodie plangimus cum ipsius; tum vero nostra causa, quorum gratia pertulit tam indigna.

Propositio.

Quare, Threnorum 1. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte sicut dolor sicut dolor meus. Sed aliud videbitis nihil, præter Virum dolorum, despectum, & no- uissimum. Ad hunc in omni vita attendite, & videte: Quæ? Spinas, flagra, vulnera, cruores, liuores, lanceas, clauos, crucos, mortes: & in viro, in quo à planta pedis usque ad verticem non est sanitas: Maia 1. Cui Psalm. 21. dinumerauerunt omnia ossa: ita penetrarunt inimici eius. Sed & Lancea lateris eius aperuit, Ioannis 16. Demum, ait S. Thomas part. 5. quæstio. 46. art. 5. omnium seculorum cruciatus, omnes ac omnium hominum passiones in genere sustinuit, & quicquid vsquam vnquam dolorum exiit, aut exisset.

PARS

PARS II.

De Horto, & Comitatu Domini.

Hortum
iniuit.

I. **F**Acta Cœna, transito torrente, hortum intrauit. 1. O horte, reducis in memoriã paradisiaci horti fortunam datam homini, ac ob noxialis pomi mortem ablatam. 2. Designas hortulos hodie nostros deliciarum, simul & delictorum.

Figura &
causa.

Sufanna, Dan. 13. vbi & pudicitia tua, ac vitæ adiisti discrimen? In horto. Ertu Iesu lauabas in horto te sanguine tuo, nos emundans crimine. Duo interim dierum malorum inueterati senes, Iudaismus, & Gentilismus, fatales animæ tuæ ponunt infidias: non ij quidem virulentiores Serpente quondam hortensii; sed furentiores. Vt, vbi captus erat Adam in peccato: sed prostratus solo serpens humirepus, ac terrius, qui erectus ante gradiebatur: ibi captus Adam secundus absque peccato, peccatum factus & maledictum pro nobis utroque nos absolueret. Et vt, vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret.

Solitudinē
capit.

Ergo Assumpto Petro; & duob. filiis Zebedæi. 1. Ecce tibi Dauidem loca sola insidentem, quia à furore Saulis quæstrum ad necem: *Vigilauit*, ait Psalm. 101. & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Amica morrenti animæ solitudo. 2. O gemebundam turturem! cuius tristis est anima vsque ad mortem. O solitariam! Nam ecce relictus sum ego solus: & non est qui adiuet me, non est vsque ad vnum. Tantum Pater, tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.

Harmoniã
hic cœcin.
nat.

Hic gemis, amas; oras, ploras, sudas, laboras. Et quia non ex naturæ passione sola; sed cum summatione: ideo querela tua, Iesu, vt Cythara est Dauidica, & dulcis harmonia. Profunda Bassum sonant suspiria: lachrymæ Tenorem resonant: Discantum orationes accinunt:

Altum clamat altius Sanguis exsudatus: Tactum guttæ cadentes seruant: Silentium Pausæ nox alta tenet. Hæc inter vna vario discrimine vocum Cythara Amoris intercinat harmoniæ sine modo moderatrix. O cygnæum Cygni præcandidi!

II. Sed quid, ommissis cæteris, tres delictos assumpsisse placebat? 1. An, quod præfidentiores alis? Et Petrus quidem, Matthæi 26. *Etiamsi oportuerit memoriteri, non te negabo*, Ioannes autem & Iacobus ad interrogatum Domini: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Confidenter, *Possimus*, aiunt. Matthæi 27. Audax professio hæc. 3. Thelei vos quidem, sed mox Therfitæ futuri. Votum ad est animis esse Hercules, Alexandros, Cæsares: sed nec fatum par, neque facultas. *Supra vos sapiris. Nihil ex vobis poteritis; sed sufficientia vestra ex Deo erit.*

Tecum habita, & novis, quam sit tibi curta supplex.

Sed altiora vobis, & meliora pro vobis voluit, qui solus Bonus est Dominus.

1. Hic vos Transfigurationis testes assumferat, ideo nunc & Passionis. Atqui tuum hoc solenne est & ingeniū munde, à gloria, & deliciis ad dedecus transis ac fletus. 2. Hic Petre tibi quid animi? In Taborina gloria montis audebas, Matth. 17. *Domine, bonum est nos hic esse.* Hic quid audis? *Tristis est anima mea. Manete hic & orate, donec vadam isrluc & orem.* 3. Hic tu quid agis? *Simon dormis? Sic? Non potuisti vna hora vigilare cum Domino pro quo vis animam dare; quem profiteris te plus his amare?*

Vigilate, orate aut attendite, & videte, si est dolor sicut dolor Domini. 1. Id hic oculis in eo vsurpate, quod animis ex Dauidelicet repetere: misere complorante. Psalm. 87. *Cor meum conturbatum est in me;*

& formido mortis cecidit super me. Et Ps. 45. Repleta est malis anima mea; & vita mea inferno appropinquavit.

Agonia
causa mul-
ta conglu-
batum.
III. Heu Domine? Tantorum quæ causa dolorum, ac terrorum? Ah plurima. Apostoli proditoris perfidia, Apostolorum fuga, in his fidei ruina, cruciatuum sæuitia, mortis instantia, Meritorum Passi in multis iactura, in primis iam iamque imminens agonia.

Horror
Mortis.
Quid? ô Vita tuam mortem metuis? Et ego de ea vix raro, ac perfunctorie cogitem? 1. Vere, Arist. 3. Ethic. cap. 6. *Mors est omnium terribilium terribilissimum.*

2. Ilii Persarum Rex Xerxes illachrymatus est, quando ex editore loco contemplabatur virorum duodecies centena millia, quos sub signis in acie contra Græciâ habebat: fleat, & ait: *ex tot tantisque viris intra 100. annos nec vnus superstes aget.*

3. Quid, quod vel ipsius S. Hilarionis anima in agone æstuarit metu iudicij: vt resumto vir animo diceret: *Quid times anima? septuaginta annis in solitudine seruisti Deo: & exire metuis? Et tu nec cogitabis de morte? Vel Iesum sola mortis memoria pauefecit.*

Neque tantum fuit conturbatus ac consternatus olim Rex Balthasar. *Dan. 5. visa manu incognita, in parietem scriptitante: quantum nunc Iesus cepit pauere, ac tædere.*

Amor
ad.
Et causas adhuc pauoris quæris? Vita is spoliandus est illa, cuius amissio vel ad momentum lachrymabilior est, (ob vniouem hypostaticam,) quâ in alia quacunque creatura ad annos mille. Ita D. Th. p. 3. q. 46. art. 6.

Carisfa
in princi-
pio.
Aliam Isaias memorat causam, ca. 53. *Vere dolores nostros ipse tulit: hocque contritus est acrius, quo perfectius peccatorum agnouit grauitatem, ac multitudinem. Inde Thren. 2. Magna est, velut mare, contritio.*

Oratio
Dominici.
IV. Procidit in faciem suam. Age Publicane, quod agis, doces idem. Vultum deicis; pectus tundis: fundis lacrymas: oras: *Pater, transeat à me calix iste. Pater misericordie, & Deus totius consolationis, qui clamantem è lacu leonum Danielelem: è cisterna Iosephum, è ventre ceci Ionam, in camino tres pueros exaudisti: aspice dolores, horrores, & c. filij dilecti, in quo tibi bene complacuit. Homo sum, hic horret, & orat. Deus sum; hic vult quod tu: fiat voluntas tua: non humana mea.*

Disce anima mea, & suecè à tua desciscere voluntate, ac diuinæ acquiescere. Compatere Domino; & humiliare cum eo. Linque mundum, hortum ingredi, palmam intueri, onustam fructibus dolorum, atque quo pressam magis, hoc surgere fortius aduersum pondus. Luctatur: at demum sese eluctatur.

PARS III.

De dormientibus Discipulis.

I. *Simon Dormis? Non pot. q. d. 1. Te principem constitui Apostolorum: quem esse vigilantissimum oportuit, dormis? 2. Qui ita te iactaras prius, in mortem paratus: dormis? 3. Qui me plus his amas: dormis? Qui audisti ex me parabolam, quod, cœvent homines, venit inimicus, & seminauit Zizania Matt. 15. dormis? 5. Recordare tempestatis me dormiente coorta, & conclamationis vestræ me suscitantiâ, Matth. 8. Domine salua nos, perimus.*

Ad te, ô anima, dormitantem quocumque *Applicatio*
cœlo clamatur: Anima dormis? *tio.*
Ecce vis omnis inferni vigilat, effusaque ruit. Hannibal fertur, quamdiu imminere sibi Scipionem sensit, nunquam se armis exuisse, aut ad somnum deposuisse. At in animam non Scipio, sed leo, furiaque tartari intenta excubat: & dormis?

Qqqqq II.Vi-

Ex somno
ma. a.

II. *Vigilate, & orate, ne intr. in tent. in primis peccatores. Nam quot malorum occasio somnus? 1. Noe, Gen. 9. nudatus, nato sit ludibrium. 2. Loth Genes. 19. ebrius dormiens in caelum commisit nescius. 3. Aegyptiis Exod. 12. indormientibus crapula, caeduntur primogenita. 4. Samson. Iudic. 16. indormiscens gremio Dalila, exuebatur robore. 5. Saul, 1. Regum 16. dormitans discrimen adiit salutis: ni Dauid pepercisset. 6. Isboeth, 2. Regum 4. in lectulo meridionans ab sicariis truncatur. 7. Tobias cap. 1. in somno priuatur visu, 8. Capite Holofernes truncatur ab Iuditha, cap. 13. 9. Ionas cap. 1. in mare encitur, &c.*

Applicatio. Episcoporum vigilancia.

Episcopo Petre dormis? At vigilant haereticum: morumq; deprauatores hostes, Turci, diaboli excubant. *Vigilate, &c.*

1. Vidit Ieremias, cap. 1. *Virgam vigilantem. Ut peccata semper vigilant, sic & flagella: orate vt auertantur haec, & illa dimittantur.* 2. Leo semper apertis dormit oculis, subq; dio: 3. Vidit quoq; Ezechiel, cap. 1. animalia, ante & retro oculis plena. Sacri Praesules sunt. Virgae vigilantes: Leones generosi: & oculati Argi: sicut Luc. 2. *erant pastores custodientes vigilias noctis super gregem suum.*

Exempla vigilantium.

1. Sic excubabat pastor Iacob, Gen. 30. *Aestu vrbear ac gelu, die, noctuq; fugit ab oculis meis.*

2. Philippo, Rege Macedonum, in somniis dormitante, proceribus, id agere tentantibus Dux eius Parmenio inquit: *Nolite mirari, dormiente nunc Philippo: vobis enim dormientibus ille vigila.* Ita Plutarc. in Apoph. 3. Suetonius refert de Octaui Aug. *ob negotiorum curas in somniis; quod audiens sub hasta venire supellectile Equitis Romani, qui omnia abligauerat, iussit emi puluinar, cui is indormisset tantis debitis obaratus: forte & tibi eo somnam conciliatum iri.*

Nouus hic, en Philippus, Hannibal, Caesar Iesus pro nobis per uigilans: non est enim extrahit precibus; *tertio orat eundem sermonem: vt perseverantiam instandi, crebram eiusdem preculae repetitionem nos addoceat. 1. Chananea tertium repulsa, Matt 15. demum exorauit. 2. Quam diu S. Patribus oratum fuit, vt mitteretur, qui mittendus est? 3. Vt, Gutta cauat lapidem: Sic*

Vota Deum sectant, non vi, sed saepe precando.

PARS IV.

De Confortante Angelo.

I. **A**pparuit ei angelus de caelo confortans eum. Vetera hic dum innouantur, implentur. 1. Iacob, Genes. 32. euaserat Labanum: infestus in patriam reuertenti occurrit Esau cum 400. viris, in fontem truncaturus. Angustiae vndiq; Ergo noctem precabundus ducit in somnum: demum cum apparente luctatur Angelo, dum benedicatur. Audit sibi dici: *Si contra Deum fortis fuisti; quanto magis contra homines praualebis? Ita namq; euenire sicut, vt post nubila Phaebeus. Tentatur a Satana Dominus: mox ab Angelis Ipsi ministratur. Matt. 4. 2. Eiecta domo Agas, Genes. 25. sine domo per agros errat palabunda, & sitibunda. Iamque ad arborem gnatum morti exposuerat; cum ecce Angelus adest, ac fontem monstrat. 3. Gedeon, Iudic. 7. angebatur animi, ac ringebatur; Madianitas victoris turgere ac tropaeis ex deuictis Iudaeis; Apparens Angelus mestum consolatur, spem, animumq; addit, ac robur.*

II. Quid Angelus Domino? Nate Deo Deus, homo Iesu Christe, exuscita animum, viresque repara: 1. Exoptatum tempus adest, quo perditos restituas, redimas macipatos; nexos exoluas. 2. Crastina ostendet dies, puelle David, 1. Reg. 17. *Humana*

Figura ap:
parentu &
confortan-
tu Angeli

Confortans
in Iesum
Angeli
raia.

Humanitatis tuæ funda, lapidibusque vul-
nerum, prostratum Goliathum. 3. Te su-
perus Cœlitum, te medius mortalium,
te inferus orbis in limbo Patrum expe-
ctat: Summa mundus, imatartarus mo-
uet: vltima tentantur. Nimirum sic fata
volūt. Tibi victori incerta est. 4. Repete cum
animo, de te quod vates cecinit, Psal. 109.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas Ang-
lorum. 5. Scilicet, vt ipse iustificeris in ser-
monibus tuis Ps. 50.

*Figura passio-
nis.*
1. De Occi-
sione.
2. Saluato-
ris.
3. Crucige-
re.
4. Saluato-
ris.
5. Crucifi-
xione.
6. Satisfac-
tione.
7. Sanctifi-
catione.
8. Animo sa-
luberrimo.

1. Recole iustum Abel. *Genes. 4.* Hunc
cum occidisset in agro Cain; quam vi-
tam hic vagus in orbe, artubus tremens
omnibus, exigebat. Cras te Iudæi fratres
necidabunt: atluent profugi, ac disper-
si. 2. Noe, *Genes. 7.* arca sua bestias & ho-
mines seruabat ab diluuiio. Tua tu Hu-
manitate iustos & peccatores. 3. Isaac,
Genes. 22. patris audiens, immolandus in
montem ligna bauulabat ipse: Cras tu
Crucem in Caluarix. 4. Ioseph, *Genes.*
39. 41. à fratribus diuenditus, carcerem
& vltima passus, demum par Regi eue-
ctus, Saluator mundi acclamatur, Cra-
stina tibi dies maiora offeret. 5. Dixisti:
Sicut Moyses Num. 21. exaltauit serpentem
in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis,
vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed ha-
beat vitam æternam. Ioan. 3. Cras talem te
cernes ipse; quia voluisti. 6. Olim, *Leuit. 16.*
hircus emissarius, peccatis populi ingra-
uatus, extrudebatur in deserta: Artu es
ille: Ni dici malis Agnus Dei, qui tollis pecca-
ta mundi. 7. Vitulæ rufæ, extra castra im-
molatæ, cineribus populus sanctificaba-
tur conspersus: Cras humanitatis tuæ
sanguine mortale genus expiabitur vni-
uersum. Talia te sexcenta spectant in Le-
ge per Te in Te lata.

Age, 1. Fac vt Prophetæ tui fideles inueni-
antur. Magna patieris sed ad maiora eue-
heris. 2. Deberis orbi; debetur & orbis
tibi. 3. Condidisti increatum: repara &

collapsum: Id dicit hoc factum. 4. Ergo
age apprehende arma, & scutum, & exurge in
adiutorium mundo.

Sed quæ ista tua, Angele, audacia est? *Angelica*
Abste seruo confortari Dominum, à di-
scipulo doceri Magistrum? Nimirum scie-
bas, planeque sentiebas iam istud Ps. 8. Mi-
nuisti eum paulo minus ab Angelis?

III. Quid ergo nos agere par est? Pro
Cœlitibus, nō patiebatur: at pro nobis. Quo
magis iam nunc à nobis consolationem
ex nobis expectat. Hanc præstas abunde,
si compateris affectu, & effectu; si passi
meritis fueris expiatus, cibus Dei Ver-
bo, Corpore, & Sanguine.

Sed quam dabit homo consolatio-
nem in præsens Redemptori Domino?
An hoc dulcetibi; nostris nos desideris
ad hoc paschæ imitari desiderium tuum
ad idem cum discipulis manducandum?
Sed tu id nobis merere prius pie Iesu: pa-
tere, patiendoque tuum nostri amorem
proba: discute peccati originis ecclipsin
pertinacem; rumpe tartara; religa cacodæ-
monas; cœlos resera; sæcula conde-
noua. Ista tuum solatium erunt, & Salus
nostra. Inde

Semper honos, nomenque tuum, laudesque
manebant.

P A R S V.

De agonia Domini.

I. ERGO, cum positus in agonia prolixius o-
raret, factus est sudor eius sicut sanguis.
Tantum Angeli confortantis oratio cal-
car habet! Orarat tertium prius: iam pro-
lixius orat, sudat, agonizat, sanguinat.
Quis vnquam audiuit talia? O critum! &
symptoma! Et filies Iesu Bone, nec cla-
mas: Domine, vim patior.

At ista quæ vis? quod torcular, talia
quæ exprimat? 1. Non, si naturæ pon-
dus vniuersæ in vnum incumbat: natu-
ræ tamen Autorem ad talia adigat. Et

Qqqqq 2 natura

natura moles quæ maior? 2. Quæ vis cumque fuerit, fuit vis, sudorem quæ extorsit sanguinis. Extorsit contra naturam; an supra? Vtrumlibet, vis ea contra fuerit, aut supra naturam. 3. Et quæ vis tam inimica, tamque indomita? Deus? At Deum non cruciat Deus, Dæmon, an homo, aut quodcunque creatum? At infra naturam hæc, non supra sunt. An peccatum? 4. Et vero istud erat; per quod mors introiit orbem.

Sed sanguinem exprimere cuiquam posse peccatum? 1. Id Magdalene animi miserabili lacrymas oculis eliciebat; quæ Domini pedes abluebantur. Ah peccatis nostris par nullus fletus: Sanguinis opuserat. 2. Ezechia, 4. Reg. 10. Isa. 38. denunciabatur: *Dispone domui tue: quia morieris.* Nuncio, & magis peccato, indoluit Rex, & illacrymatus est: collacrymatur regina, regnum complorabat totum Principis pij mortem. Sed nihil istud ad sanguinem Iesu.

3. Veterum Annalibus proditur audita mortis sententia reum momento incanuisse, & pridie iuuenem postridie canum apparuisse. Vis hæc magna metus; sed infra naturam: & nihil ad Sanguinis exclusitorturam. Neque mortis sententia Domino dicebatur: sed peccatorum immanitas obuersabatur, &c. Vt mirum fuerit non secutam cum sanguine vitam expirasse.

II. Iam vero te respice anima. 1. Peccasti: inferni deberis cruciatibus. At quantum ex tuo peccato dolens ipsa peccato: & inferni metu terreris? 2. Ad contritum Iesum tuam paulisper compone contritionem, & expende. Si vel gutta per genas eat, aut ex pectore gemitus; salua res est; iam bene tecum actum spera.

3. Quæ autem apud Dominum peccati immanitas ponderata talem valuit ad sudorem; eadem & apud seruum hand

parum valebit ad pudorem, dolorem, horrorem, 1. Aspice animo Athlanta illum, qui supportat cælos humeris; is sub peccato fatiscit pressus. O pondus importabile, & inexplicabile peccati! 2. In Angelos irruisti; & obruisti, & euastasti cælos, & in orbem stellas cæli detraxisti. 3. Hominem orbis Dominum inuasisti; & pessum dedisti. 4. Paradisum intro spexisti; & claudi coegisti. In Orbem inuectum es: & elementa, brutaque & natura ad te inhorruit; spinas ac tribulos terra fudit; bestias inuasit feritas: cæli in ferreos sunt versi. 6. Non tulit terra rebellionis scelus Core, quin cunctis protinus dehisceret. Num. 16. 7. Non mare tulit inobedientiam Ionæ, cap. 1. eiectum demersit in profundum. 8. Idem Dauid, Ideo Psal. 129. *De profundis clamati ad te Domine.* 9. Quid? Peccati pondus eum, qui factus est pro nobis maledictum, de cælo detraxit in præsepe, in hunc Agonem, ad inferos denique.

Sub quo Samsone Iesu curuantur orbis: is illatio curuatur sub peccato; Et idem homo peccatum non magis sentit saepe: quam cadaver iacens sub profundi maris immenso onere. Ab hoc detrahi ad immaniam magis natam alta petere, quam ignis; an non illud vis est?

PARS VI.

De Proditione Iudæ.

I. **D**Emum reuifit ad Discipulos Dominus *Requiescitis, Surgite eamus, Ego qui me tradidit, approp.* A deite chara pignota, discipuli; optatis fruamur amplexibus ante, quam isthæc mihi stringantur brachia. Vltimos affatus Petre accipe.

1. Scio, quod me amas, pascere oues meas. Tu Noes Arca: Ecclesiæ, Genes. 7. Tu Ioseph sub me Rege moderator ad clauum affidebis. Genes. 41. Tu Mardocheus in

In peccatum orat.

1. Ex dolore peccati flere.

2. Ex horrore mortis flere.

3. Pauore carere naturalia sunt.

Applicatio ad expendam peccati grauitatem.

Valentia tribus Dominus.

in locum inflati ac saui Amani, hic Caypha, Pontificis Summi nunc mihi sufficeris. Ex hoc eiiceretur Synagoga; & super hanc Petram edificabitur Ecclesia. 2. Tuque delictum meum Ioannes, vale. Ut Petro Ecclesiam; sic tibi Matrem commendo meam. 3. Valet fratres discipuli, &c.

Prodicio Iuda.

II. Adhuc loquente. Ecce Iudas, vnus de XII. venit, & cum eo turba multacū glad. &c. Qui autem trad. eum, dedit eis signum. &c. Accessit, &c. Aue Rabbi. O prodicionem omnium, quæ vnquam facta, sceleratissimam! 1. Quo te quis furor Iuda? Quid agis; quid cogitas? Ex quali factus qualis es? 2. Videte, quid sit, & quale, vocatorum à Deo Religiosorum deserere confortium, & apostatate. Tales vel vno superiore quot excucullati apostatæ.

Amicitio Iuda.

Amice, ad quid venisti? Tam bonus hic Christus; quam Antichristus ille nequā erat. 1. Vidit Dominus seruum; sensit osculum; audit Aue verbum; sciuit cor tam perfidum; peruidit sensum inimicū; & tamen vocat Amicum. Adeo salutem ficit omnium. 2. Aspicit in amplexu hominem, & ait, Amice, peccas, vel nunc respice. Si vis; volo, mundare ab peccato hoc. 3. Men' prodis? Nilopus; parce sceleri, me ipse dedam; aut inimici me rapiant, hac hora est. 4. Amice; cogita bene facta in te mea. Quid mali feci tibi? Alui te elemosynis; ac demum paui etiam Corpore ac Sanguine meo. 5. Heu Iuda tamne vilis sum tibi? Siccine nondinari didicisti a me?

5. Amice. Tu' talia? Psalm. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem utique. Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo: Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus &c. Hoc vero Dominum cruciabat.

Exempla Sacra prodicio Iuda.

1. Ut & in cæteris Iobi plagis erat similibus haud minima illa: Notimez, quasi alieni

recesserunt à me: & quem maxime diligebam auersatus est me. 2. Intertristissima Dauidi vnquā allata nuncia & istud erat: arcani sui consilii caput Achitophelē, à sese euectum, conspirasse contra se cum Absolomo, eiq; duodecim millia armatorum contraxisse. 2. Reg. 15.

3. Iul. Cæsar inter strictos coniuratorum enses Brutum videns (quem educarat; hucq; dignitatis prouexerat;) dixit. Et tu fili? Hac cum voce vitam perdidit & imperium: Profana.

2. Cicero, ait Val. Max. lib. 5. c. 3 & Plur. in Cicer. Popilium Lenatem, parricidii reum, defenderat vt absolueretur. Postea M. Antonius Triumuir habere neminem potuit, qui Ciceroni caput præficeret, obtulit se Popilius: & capitis sui fortunatumque seruatori caput amputauit. Nequior Popilio: ingrator Bruto: perfidior Achitophelē Iudas extitit in Dominum.

III. Iudas mundum representat, aliud Iuda simi- ore, aliud corde præferentem. Osculatur traditor: vendit libertatem depeculator: Apostatans ficariorum sic conductor: iocos proferis; seria pro iocis ingerit, &c.

2. Iudas indigne communicantium typus est. Nam & hic, 1. Corinth. 10. reus erit Sanguinis Domini. 3. Iudæ sunt Sacerdotes, pacem osculantes, & tamen odientes pacem. 4. Iudæ sunt Iudices, ac Leguleij; qui se gerunt vindices iustitiæ: & sūt, eiusdem venditores, ac sanguifugæ. 5. Iudæ sunt aulici; qui coram laudant, & applaudunt: absentem vero rodunt, ac produnt. Denique Iudas est mundus:

P A R S VII.

De Captiuitate Iesu in horto.

I. Qvem queritis? Iesum Naz. Ego sum. 1. Imperator En Dauidem, 1. Reg. 17. vltro se in rici Iesu scertamen offerentem. 2. En Gedeonem gura.

Q9999 3 Iud.

Iud. 6. Sumentem animos hostis conficiendi. 3. En Eliam 3. Reg. 19. ad montem non Horeb, sed Caluaria properantem. Victus cecidit, & cum sudore deterfus est angor. Iam igitur qui fortis contra Deum, fortior est contra homines. Genes. 32.

Inuicti exempla profana.

1. Prædicent Romani Scæuolam, qui ab Porfenna Rege captus, manum prius in ignibus vitro tenuit, quam proderet arcana patria. 2. Zopyrum dilaudent Babylonii: qui telis se ac plagis configendū, concidendūque obiecit omnibus; ut in patris redigeret potestatem Babylonem. 3. Codrum Græci iactent; qui habitu mutato Regis in gregarium sese, pro liberanda patria, in confertissimos hostes iniecit, ut expleret oraculum istud: cuius partis decertantium Rex pralio ceciderit: illic victoria stabit, stetitque ab Atheniensibus. At noster Scæuolatorum Corpus tradidit vitro, quia voluit: Ego sum: inque plagas nō Zopyrianas, sed innumerabiles: inque mortem plus mille mortibus acerbiorē se dedit.

4. L. Dentatum ait Val. Max. l. 3. c. 2. & Plin. l. 7. ab vulneribus 45. aduersis, auerso nullo, acceptis per 120. pralia pro Urbe, Romani admirabantur, ut eum Herculem Romanum appellarent. Sed eum ne puerum ego dixerim cum Seruatore nostro comparatum.

Cacitas peccantiū.

II. Sed quem queritis? An, quem hinc quatrīduo Regem acclamastis? Ego sum. An Messiam queritis? Ego sum, &c. Et quæ ista cacitas; ut quem alias nostis, noruntque omnes; iam non agnoscat? Plane sic euenit peccatoribus: excutiunt claro sole. 1. Ita Sodomita, Genes. 19. Angelos, alta die obeuntes urbem; non cernebant. 2. Ita stellas, terra maiores vix ægre videmus, multas ne videmus quidem, ob distantiam. At longior hæc est peccatorem inter & Deum. Quo minus diuina capere queunt infelices. Ego sum;

quem ligatum, percussum, flagellatum, fractum, &c. crucifigetur.

III. At illi abierunt retrosum, & ceciderunt in terram. 1. Nimirum, velut ad forum signum buccinæ muri Iericho corruerunt: 2.

Iud. 6. ita peccatores ad vocem Iesu. 2. Velut idolum Dagon, 1. Reg. 5. accedente Arca cecidit comminutum: ita peccatores ad Arcam Dei vocem Iesu. 3. Vere Psalm. 28. Vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros. Si ad tam mittem Agni vocem corruistis; quid fiet ad leoninā istam: Ite Maledicti in ignem æternū.

Vah mendaces Mahumetanos; quibus istud Manichæorum placuit commentum: in ista militum consternatione se Iesum subtraxisse; aliumque sui similem substituisse.

Itaque ignotum, iam forte noscitantem, Noscunt inuadunt: non agnoscebant autem, quia in quem Deum esse non credebant: sicque in ignotum sauebant. Si enim Iesum cognouissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. Et ipse orabat. Pater ignosce: quia nesciunt quid faciūt.

PARS IIX.

De gestu reliquis in horto.

I. Quo atrocius intruunt in Samsonem Philistæi. Iud. 16. ligant, trahunt. 1. Insurgit Petrus cuius & scutum, & animū recundit Dominus: simul animos tenet ac manus satellicum, ne & in ipsum intringant ferrum. 2. Simul admonet promptum esse Angelorum præsidium in causa Dei, contra vim improborum.

3. Vbi formam tradidit fiduciæ Martyribus ipso facto; similem dicto: Cum steterit coram Regibus nolite, &c. Persequuntur vos: sed gaudete. Si te percussit in vnam, præbe & alteram, &c. Quare si vis inde, hinc à te iustitia; patere, ac fide. Possit Deus; ut vna nocte per vnum Angelum castra fudit Assyriorum; ita & quoscumque disperdere hostes seruorum suorum: ni re-

regnum cœlorum vim pati oporteret.

IV. Venistis ad me tanquam ad latronem. Ita videri voluisti. Nam admissum in paradiso furtum, & animæ cidium in te suscepisti; tuumq; impleri oraculum necesse est. Pf. 68. *Quoniam rapui, tunc exolvebam.*

II. Iam truces vincitum habebant, 1. Vt Gen. 37. venditum Ismaelitæ Iosephū in Aegyptum abducebant. 2. Vt 4. Reg. 25. ligatum Sedechiam Regem Babylonij. 3. Macedones Dariū Regem Persarum pralio victum & captum, aureis vinciebant catenis; vt vel eo maiestatem regiā agnoscerent: at isti Dominum catenis grauant, & c. Vel tu homo miserere Domini, vincitum solare hoc; vt tuos tu sensus restringas, vincias linguam, iram, appetitum, & c.

III. Interea omnes eo relicto fugerunt. 1. Quia prædictum: Zach. 13. *Periure pastorē, & dispergentur oves.* 2. Ita, 2. Reg. 18. cæso Abiolo, omnis dispersus fugit exercitus. 3. Obtruncato Holoferne, *Judith.* 14. copia diffugerunt. Ita. 4. Vltus hic instinctu Satan est, quo Agefilaus, Rex Laconum in pralio Mantinensi iussit, vt vim in vnum Epaminondam, Ducem Thebanorum, verterent, hunc peterent omnes: quo strato cæteros vitro vel dendendos, aut fugandos fore. *Plut. in Apoph. Lacon.*

Sed vbi 1. Petre, tuus ille vocis spiritus, quo dicebas. *Paratus sum tecū in carcere, & in mortē ire?* 2. Vbi tuus ille Thoma, dicētis quondam? *Eamus, & moriamur cum eo?* 3. Vbi ille omnium. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Itean' sequimini!* O ceruæ, ô lepores! Dum fortuna fauebat, sequebamini: iam, *temporacum fuerint nubila solus erat.*

DE GESTIS IN VRBE.

PARS IX.

Gesta Annam apud. & Caipham.

I. *Quam summum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perage-* *Interrogatio gemina*
ret, infandi exultant capti a preda: vrbe inq; Anna.
 ingressi strepitu huius lætitiæ, dolorem pus afferunt.

1. Adductus Annæ, interrogatus de discipulis, silet. Quod nec, quo eos commendaret, habebat: nec officere famæ volebat. Exemplo Superioribus, vt subditorum defectus celent: paribus, vt ne cuiquam detrahant

2. Sed de doctrina Iesu, quid quæris Anna? Sedit in medio doctorum: Synagogæ; docuit in templo: vrbe, campis, in Iudæa tota, & Galilæa. Testabitur Iairus Archisynagogus, Centurio, Magdal. & c. Leprosi, cæci, & c. tres mortui suscitati. Et adhuc interrogas? Scilicet ita quærit improbitas non discendi, sed causa calumniandi.

Ad interrogatum Domini, colaphus *Colaphizatio Iesu*
 sequitur serui: ille lingua, hic manu feriebat. O manum! *Exhorrescat colum, & contremiscat terra de Christi patientia, & serui impudentia!* exclamat S. Chrysoptom. Sic Propheta Michæas 3. Reg. 22. Acha-bo Regi veritatem dicens, alapam auferrebat. 1. *Istane terræ vermiculus in eum, in quem desiderant Angeli prospicere?* O Angeli: *Hunc benedictum vos vultum inspicitis, & tantam toleratis iniuriam?* 2. O vindices Luciferianorum, Sodomitæ, Assyriorum, Aegyptiorum; O Adæ expulsores, vbi nunc zelus vester?

3. Quid huic terram non dehiscere pateris, vt Core Num. 16. *Quid non verfos, in hunc ferasq; immitis, vt Elisæi riores pueros?* 4. Reg. 2. *Quid non in eum celo deuocas ignem, vt 3. Regum. 18. in Quinquagenarios Elias.*

II. Ad

1. Figura
 animi.

De Fuga
 discipulo-
 rum figu-
 ra.

Testimo-
nia in Ie-
sum.

II. Ad Caypham ductus Iesus confi-
lio sistitur, dicuntur testimonia, sed vana
omnia. 1. Qualia in Nabothum concin-
nabat Iezabel lapidandum; vt impio tra-
deret Achabo vineam. 3. Reg. 21. talia nūc
in Iesum adultera Synagoga. 2. Qualia
nequam senes duo. Dan. 3. in castam Su-
fannam componebant. 3. Quale dein &
in Stephanum sedebat Synedrion. Act. 8.
Vt impleretur istud, Pl. 26. *Insurrexerunt
in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.*
Ista tum quidem.

Hereses.

At dein postea testes reuixerunt ini-
quiores, hæretici: Arius, Macedonius,
Nestorius, &c. qui quanta testari conati
sunt? Quanta hodie Lutherus, Calvinus,
&c. Et hi sunt duo falsi testes, qui nouissime
venerunt. Romani testes falsos è rupe Tar-
peia præcipitabant: teste Gellio l. 20. cap. 1.
Isti de salute sua se ipsos deiecerunt.

Silentium
Iesu.

III. *Non respondes quicquam?* Non 1.
Quod ad calumniandum proieciti re-
sponsum optimum vertant pessime. 2.
Quod venerat excusationem Adæ lue-
& similem in nobis corrigere. Quod
innocentia silentio sese tueatur. 4. Quod
oppressis vi, & iniuria exemplum sta-
tuat patientiæ, ad suam ipsius acquiescen-
tis conscientiam. 5. Quod talis descri-
ptus sic oliv, Psal. 37. *Factus sum sicut homo
non audiens, & non habens in ore suo redargu-
tiones.* 6. Talis præfiguratus in Iosepho,
Gen. 39. ab Putipharaæa false accusato, qui
tacere mallet, quam alterius lædere exi-
stimationem; aut inter par coniugum se-
rere diffidium.

Adiurati
responsum.

IV. *Adiuro te per D. V. dic nobis, si tu es
Christus F. D. V.* Entua, Arri, quæstio: fit-
ne Patri *quæstio: & an *quæstio: & Iesus? &* Cay-
pha, grauiorem quæstionem orbis nun-
quam inaudit. Quid agat Dominus? 1.
Sileret? Iam & contemtor sacri Magi-
stratus esse iudicabitur; contemtorque
Dei, quia adiuratus. Et fidem omnem*

in dubium adduxerit. 2. Responderet
Iam conclamabitur: *Blasphemauit.* Dixit
tamen: *Tu dixisti, Ego sum, & Veritas* ecce
blasphemia dicitur: ac morti adducitur,
ex Lege *Leu. 24.* in quam nihil commi-
ferat.

1. In Authent. coll. 6. sancitur. *vt nō bla- blasphemetur in Deum precipimus: ait Iustinianus* *tales vltimis subdere suppliciiis.* 2. Paulus ta-
les, 1. Tim. 2. *tradidit satanae, vt discant non blasphemare.* Et Nabuchodonosor, Dan. 6.
decreuit mortem blasphemantibus Do-
minum.

V. Conclamarunt Principes, *reus est Damnaio*
mortis: hic tum milites vinctum rapiunt, Iesu.
Iudunt, cædunt dicentes: *prophetiza, quis*
te percussit? Et alia multa blasphemabant: quæ
cogitatum relinquuntur. 1. Sed *quis talia*
fundo temperet à lacrymis? Si amas Iesum;
quomodo non doleas? Tuam inter ma-
nus tortorū versari Beatitudinem, quo-
modo non exhorrescas? 2. Et talia nunc
Deum perpeti, causa expiandi peccati:
qualia non olim causa eiusdem punien-
di decerner? Hinc metue tibi peccator:
inde compatere Seruatori. 3. Afflicti
bruti sensu tangimur; non Dominus;
Quod illud saxum, aut ferrum foret
hominis?

Sed quis, o carnifices, quis animos ve-
stros ad tantam offerat sauitiam? 1. An
vincti crimen atrox? At nullum proba-
tum: tantum proclamatum est. An na-
tura vestra? At illa ab talibus inhorrescit.
An satan, aut hoc deteriores Principes
vestri? 2. Adeo vestrum nemo recorda-
tur miraculorum eius, quæ vidistis, audi-
stis, sensistis in ipsis vobis? O obduratio-
nem excæcatam.

Domine Iesu totus in tormentis es.
Hinc Iudæi, inde gætes: aliunde discipuli:
circumserui: intus nostra delicta: retro
fideliam peccatrix ingratitude: supra
Patris ira. O vis, o dolor!

PARS

P A R S X.

De negante Petro, desperante Iuda, & compa-
riente Maria.

Negatio Petri. I. Nec Petrus pepercit. Negat ex discipulis se esse: Galilæus dictus negat fortius: Ab ancilla appellatus, pernegat: ab ostiaria rursus; hic etiam Dominum eiurat. 1. Quid cogitas Petre? Non te miles vrget ferro; non tortor eculeo; non magistratus iure & auctoritate: lixa, calocacula est, ancilla est, quæ interrogat: Aut eludere, aut temnere, aut filere est integrum: quid blasphemare attinet?

de fatalis. 2. An id in fatis erat? 1. Certe vel in statu Innocentiæ Adam ab femina sollicitatur, & subvertitur. *Genes. 3.* 2. Samsone. *Iudic. 15.* Dalila fascinarat, ac perdidit. 3. Dauidem, leonum ac Goliathæ dormitorem, 2. *Regum 11.* femina emasculat, effeminat. 4. Salomonem femina demerantur, vt adeo ad idololatriam prolaberetur.

*de exfo-
nare
mala.* Verum in aula Petrus erat, interq; sui dissimiles. Non tamen aula bonos; sed mala deprauant consortia mores. In aula sæpe nimium est licens ancilla: id est, effusa concupiscentia, corruptrix optimorum.

*Cantus
galli.* Cantat gallus, plorat Petrus: exit aula, luctu squalet & pœnitentia. 1. Fertur ex hoc in omnem porro vitam galli cantum audisse nunquam sine lacrymis. 2. Cantus vero galli quid innuit? An vigilem peccantis conscientiam? An gratiam Dei præuenientem, & nos excitantem? An Dei Verbum?

*Iuda de spe-
ratio.* II. At Iudam, vt prius excæcatum auaritia fascinarat; ita nunc desperatio laqueat. Vtriusque ista præiit figura. Hirci duo, *Leu. 16.* sistebantur Domino: hic Deo immolabatur, (vt per pœnitentiam Petrus.) ille peccatis onustus, in desertum Sacer & instabilis exturbabatur: vt Iu-

das suspendiarius. 2. Duo simul cum Iosepho nexi attrinebantur: *Genes. 40.* Pinacerna ad honores: ad malam crucem pistor educebatur: Is Petrus: Hic Iudas reprobus. 3. Duo simul in eodem erant vtero Rebecca. *Genes. 25.* Iacob læuis, dilectus Deo: & hispidus Esau, exosusque Deo. Ita &c. 4. Ex eodem furno carbones atri educuntur, & prunæ candentes. Ita Petrus amore flagrans: at scelorum fuligine furuus Iudas; demum ex laqueo crepuit suspensus.

Sui, proh, quot similes habet hodie? Arium in latrina crepantem, Manetem, Lutherum, Caluinum, &c. cum blasphemata desperatione exhalantes.

III. Interea, ô Virgo Parens, quid, & vbi, qualisque agebas? 1. Quæ cura pectus, quis angor vrebatur? Quam tu multa tecum, quæ inuestita voluebas? O gemitus! ô lachrymas tacitas! ô saucios luctus! 2. Quas tu ad Patrem preces; quas ad Dei tuumque Filium, vt ipse parcat tibi? 3. Et quæ tu non sola tecum? Cum mortalibus, expositulas: peccatores incusas; increpas Iudæos: Angelos inuocas: castigas profugos Apostolos: desperatum Iudam deploras, cõploras negationem Petri. Apud Patrem iterumq; instas, supplicas mitiora Gnato. Serpentem vero Satanam iris exagitas, deuouesque diris.

4. At Filij rerum, dolorum, dedecorũ, &c. te nihil fugiebat: Vt absens corpore; spiritum tamen videbas omnia, audiebas singula, tibi velut inflata sentiebas: Et vna hæc tibi suppetebat consolatio; quod relicta esset integra tibi cum Filio compassio. Quocirca tantum dolore confauebaris; quantum amore natum amplexabaris.

5. Inter hæc tamen omnia inuictam constantiam tuebaris: vt certares cum filio: ille patiendo, tu compatiendo. Vt que ad patrem filius: ita ad vtrumque tu orabas:

Rrrrr bas:

*Figura di-
lecti & re-
ferti.*

*Ad Deipa-
ram Apo-
strophe.*
1. *Mæstia.*
2. *Preca-
bundam.*
3. *Expositu-
labudam.*

4. *Compassio
filio.*

5. *Attamen
inuictam.*

bas : Sipoſſibile eſt tranſeat hic calix: non mea tamen ſed tua voluntas ſit.

PARS XI.

De accuſatione apud Pilatum facta.

Ad Pilatū 1. Apoſtrophe.

1. **D**iluxit interea: conciliumq; coit fre. quens, ſeq; coagulat iteratum. Manet ratum, quod per noctem fuerat conclamatum. Vincētus Ieſus ducitur ad Pilatum. Quam, inquit, accuſationem aſſertis aduerſus hunc hominem? 1. Quid, Pilate, audire poſtulas? Iam ecce oculis vſurpas in vincēto ſputa, liuores, pœnas, contra ius faſq; deſcēdatum: quæ non accuſandi primum, ſed iam damnati erant iudicia. Ergo in facta diſquire; tum accuſata accipe. Iſti ius, poteſtatemque violant tuam: te vindica prius. 2. Vel ex his factis præſume de accuſationib; 3. Adhæc non te fugiunt inſanorum odia; quæ iniquæ ipſorum cauſæ tibi certa eſſe præiudicia debent.

2. Præiudicia attendat facti. 3. Et odii.

4. Sententiam quæ ferat.

5. Quem imitetur: & quate nus.

6. Metuat.

7. Conſtanter agat.

4. Noſſe tamen eſt animus, quid afferant? Scias: inſontis ad necem poſtulatione hæc ipſa ſicariorum eſt accuſatio. Atque eadem vincēti eſſe debet abſolutio: & accuſantium ad talionem condemnatio.

5. Quare age, hoc agas, & nunc vel maxime, quo Plutarcho teſte in Apoph. Pericles Athen. ſemper, quoties togam iudicialē induebat, ita ſeipſum affabatur: Attende tibi Pericles: Liberi ſunt quos regis: Graeci ſunt: ciues Athen. ſunt. Ita de iſtis exiſtima: Iudæi ſunt, ſeditioſi ſunt: ſanguinolenti ſunt. Qui nec verum audire ſuſtinent; nec agere recta ſciunt; nec viuere Prophetam ſiunt.

6. Attende tibi, Pilate: innocens eſt quem iudicas; Meſſias eſt; Filius Dei eſt. Verbo is condidit orbem: verbo ante proſtrauit hoſtem: alias verbo ſuſcitauit mortuos, morbidos conſanauit. Poteſt, quæ vult, & quæ alius nemo poteſt.

7. Repete cum animo, quod Alex. Magnus genitrici, ad necem poſtulanti in-

fontem, quem oderat: Pete, aiebat, aliud mater: nam vita hominis nulla mercede poteſt compenſari. Hoc dicentiſ; & fac. II. Sed ecce obturbat vociferatio. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Nimirum tam ſancta vobis eſt innocentia veſtra. Quid ergo mali fecit? Hunc inuenimus ſeducentem gentem noſtram: Iudgam concitantem: prohibentem tributaria dari Caſari: Meſſiam ſe vocitantem: Filium ſe Dei aſſerentem: & Iudææ Regē. O ſycophantas! Vbi cætera, quæ docuit ſalutaria, quæ fecit miraculoſa; quæ Iudæa omnis obſtupuit, & Galilæa. An hic malefactor: qui ſi factorum dare teſtes vellet, ſitterent ſe claudi, cæci hydrofici, obſeſſi, mortui o- pem illius nō niſi diuinam experiri. Teſtarentur omnes: Niſi eſſet à Deo hic homo, non poſſet facere quicquam. Attamen tria ſunt allegata, quæ remp. attinent. Quod ſeditioſus: quod Seducor: quod Affectator regni. At docuit. Reddite, quæ ſunt Caſaris, Caſari; quæ Dei, Deo. Profeſſus eſt: Regnum meum non eſt de hoc mundo Et pacem dedit, ac docuit. Similibus & Daniel c. 9. petebatur calumniis per Satrapas babylo- nios; At ex inuidia.

Accuſatio. nis capta.

Trium vobis præcipuas & vana.

PARS XII.

De ſecreto examine Pilati in Ieſum, confeſſio quaritur propria.

I. **A**T, quaſi nihil auდიſſet Pilatus; (erāt namque nihili.) quarit: Quid feciſti? q. d. ab iſtis quidem es inſons; irrita iſtorum accuſatio eſt: tute ipſe te ni accuſaris, alius poterit nemo. Dic, Quid feciſti? Quid? 1. Quod in Aegypto Ioseph: Genes. 41. adulterari noluit cum Putipharæa Synagoga. Sapientiam docuit Sapientes: in fame pauit eſurientes, & c. 2. Fecit, quod Moyſes, educit ex ſeruitute populi: ducit per mare rubrum. Exod. 14. & c. 3. Fecit ſurdos audire, mutos loqui & c. Bene omnia fecit. Hæc

Accuſatio.

Trium vobis præcipuas & vana.

Innocentia

Herodis

illuſio

cit. Hæc notoria clamant ipsa iam diu: idcirco, Pilate, sileet Ipse.

Rex ist le-
su.

II. Ec vero agnosceis. Ideo quod caput est, quaris: *Rex est tu?* 1. Ita cecinere Prophetæ: ita tres Magi publicauerunt: ita sentire, qui ab hinc quatruido O sanna ipsi acclamauerunt. 2. Veruntamen Regnum meum, inquit, non est de hoc mundo. Licet, Psal. 2. *Ego constitutus sum Rex super montem sanctum eius: Adeoq; Rex Regum; & Dominus dominantium.* Neq; regnum eius de hoc mundo est, quod casibus pateat, & permutationibus obnoxium iaceat. Nā Luc. 1. *Regni eius non erit finis: Dan. 7. Cuius regnum Regnum sempiternum, & omnes Reges seruieni ei. & obedient.*

Rex Re-
gum.

Romana vis & aquila nunquam Indum, Calpen, Taurum montes attingit: Noruegiam, Suediam ignorauit: Sinum Persicum, Gāgem, Taprobanem, nemora Felicis Arabiz non vidit: Iaponiam, Peru, Brasiliam, Chinas, Malacam, &c. orbem Antipodum nec affectare sciuit. Atqui omnia ista, aliaque regna Iesus regnat, *Rex Regum.* Neq; tamen regnum eius est de hoc mundo. Adeo ad cœleste omnia vilescunt vnum. Atq; hæc est veritas.

Veritas ex-
sa Dyna-
sta.

III. *Quæris, Quid est veritas?* Quæris: simulabis: nil audis. O rem deplorandam! Potentes rerum adeo fastidire *Verum.* Vere Comicus: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Dixit *Vox clamantis in deserto Verum;* & illi caput spiculator abstulit. Michæas quoque 3. Reg. 22. ab Achabo colaphum tulit. Ieremias nexus in carcere luit; quia Verum edixit. Pilate Iudex à vero abhorrebas: ideo & officii dignitate demum exutus es, quod personam iudex acciperes. Teste Baronio. Profiteris tamen: *Ego non inuenio culpam in hoc homine.* At ego sum, qui feci, Pilate: culpa in me & multa, & magna, &c.

Innocentia
sententia.

Herodiana
iusto Iesu.

IV. Hoc vero dirupit corda maleuolorum. Ab eo autem expedire se Pilatus

studet: auditaq; Galilæa transmittit Iesum ad Herodem. Hic percontatus multa; signum expectabat. Frustratus hoc, nec responsum abstulit à Iesu. Itaq; silentem aspernatur, & amandat vt fatuum: irrisuique vestitu ipso propinat. Velut Elisæus. 4. Regum 21. inuit vr bem Bethel, pueris ludibriofic; sed mox ab vrso deuoratis. Ita Ps. 21. *Omnes videntes me deriserunt me.*

P A R S XIII.

De gestis reliquis apud Pilatum.

I. VISO Pilatus Iesu, contendit eum dimittit: at surdis canit. Repetit innocentia sententiam: confirmat autoritate Herodise eandem: alterutrum proponit, de more, dimittendum; Barrabam insignem nequam, aut innocentem Iesum.

*Alter a in-
nocentia
sententia.*

Conclamatur: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.* O permutationem! Attingens subest mysterium. Ab initio lapsus humani clamor hic auditus est: *Mitte, quæ missurus es, & tolle hunc, & dimitte genus humanum.* Ita ab æterno iurgata est iustitia, & Misericordia natura humane patrona: quæ sibi dimitti postulat Barrabam. *Tolle, Crucifige.* O quam dissonū hoc ab illo nupero. *Osanna: Benedictus qui, &c.*

*Barraba
postulatio.*

II. Pilatus Iesum dat flagellandum. 1. *Flagellatio* Hic vero exhorrescas ad raptationem, versationem, volutationem, tensionem, denudationem, ad alligationem, distillationem, cruentationemque immanem Domini silentis, finentis omnia, patientis, deficientis, corruentis, in cruore suo volutati; calcibus, pugnis, sputis, fustibus, stimulis, blasphemis diuexati, discrutati. Hæc talia animo respecta; peccare cui est volupe, &c. 2. Vide, quod, Isa. 1. *à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Psal. 128. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.*

*Flagellatio
Iesu.*

III. Ecce noua, quæ adinuenit feritas: dilaceratum purpura induunt, spinea co-

Coronatio.

Rrrr 2 ro-

ronant: in manus arundinem tradunt: illudunt. *Aue Rex Iudæorum.* 1. Scilicet hic aries est, *Gen. 21.* cornibus inter vepreta herens, mactandi vicarius Isaaci: Nostri Iesus, spinis coronatus. Quæ hic mens (nam lingua nequit) complectatur opprobria velut Regi facta? 2. *Ac vos egredimini filia Sion, & videte Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis suæ. Videte filia fastuosa, delictiosa, voluptuosa, &c. & cum ex vobis de Iesu; tum ex Iesu de vobis æstimate.*

Ecce homo. IV. *Ecce homo.* 1. Tales intus vos in anima. Non plangētis vos ipsos? Nō execrabimini vestram vanitatem? O peccator qui d'retribues Dominopro omnibus, quæ retribuit tibi? *Ecce Pater, Vadem nostrum, Agnum tuum, omnium sæculorum pretium infinitum: cuius vel guttula omne peccatorum obolet debitum. Ecce homo, & Saluator; & Tu quoq; seruate, ac saluande.*

Sauitia Iudæorum. 2. *Ecce homo* tunc ò Virgo: agnoscisne tuum? Fuit is alias speciosus; at nunc est etiã pretiosus forma præ filiis hominum, *Psal. 44.*

3. *Ecce homo:* Nequedum tamen Iudæorum exsatiatur animi. Rex Syriæ *Benedad, 3. Reg. 28.* victus ab Achab, misit ad hunc purpuratos suos; sed cilicio indutos, & conspersos cinere; vt rogarēt pacem. Quib. vel visis Achabiram posuit; pacem dedit: stabiliuit amicitiam. At Iudæi potius viso Iesu efferafcūt: Iesum ad necem, ad crucem instantius deposcant.

Peruincit. Si hunc dimittis nō eris amicus Cæsaris. Vicicit vox ista, & euicit. Laua manus millies Pilate, clames, proclames: *Innocēsego sum, &c.* attamen *ad iudicis fieri petitionem ipsorum, & quo esse quæris amicus Cæsaris, inimicus redderis & celo terræque iniquus. Impletum Ps. 39. Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Iamq; ducitur, vt crucifigatur.*

DE GESTIS IN CAL.
uaria.

PARS XIV.

De Iesu baiulante Crucem: & Cruce baiulante Iesum.

LO Instabiles hominum animos, re-
rumque vices! Ab hinc quadriduo
faustis cum acclamationibus in urbem
inuehebatur: iam funestis cum execra-
tionibus educitur in Caluarie, retrum
suppliciorum locum, ab reorum calua-
riis sic dictum, vt Hieronymo placet: vbi
Adamum primum hominē tumultatum
fuisse consentiunt S. Patres, Cyp. Orig.
Epiph. Athan. Ambr. &c.

1. Euenit, quod Demetrio Phalareo,
ait *Plut. in Apoph.* cui Athenienses viuo
statuas erexerunt trecentas: ac viuo etiã
deiecerunt. 2. Quod Danieli, post Re-
gem Persarum primo supra 120. provin-
cias ac Satrapas; breui post in lacum leo-
num misso: Sed & rursus eduçto glo-
riofiore.

II. Ibat baiulans Crucem. 1. Vt *Isaias 22.*
prædixerat. *Dabo clauem David super hume-
rum eius.* 2. Vt *Isaac, Gen. 22.* fascem ligno-
rum in Sacrificium ipse in montem ba-
iulabat, patre gladium (iustitiæ:) ignem
(charitatis ac Zeli) præferente.

Qui efferatos Iudæorum animos, ac
talium iam diu percupidos: qui extimu-
latos à Satanis: qui fatis actos vel cum a-
nimo poterit æstimare: is nequedum sat
eloqui valebit qualia in accursu; excursu
que varii varia mœsta, læta, blasphemæq;
miscuerint. Planctus; plaususque
simul confuso sonvere marmure equo-
rum inter fremitus, strepitusq; armorū,
virorum, omnisq; sexus. Quibus remi-
sta & mulieres ibant piæ.

Plangentibus occlamat sub onere Ie-
sus: *Filia Ierusalem, nolite flere, &c. 1. Vt So-
crates addictus cicuta haurienda ad*

Xan-

Xantippen plorantem aiebat: *Quid mēne in fontem mori ploras? an velis fontem? Gloria & ista tua est: Vri te uxorem fuisse, qui iniusta morte plechitur.* 2. Ut lachrymantem amicum Rex Lacedæm. Agides affatus est: *Desine me flere, quia tam scelerate & iniuste morti addictus sum: meliore sum, quam qui me necavit, conditione.*

Angariauerunt tamen Simonem Cyrenæne in via emoreretur: Factum dicti exemplum: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Crucifixio. III. Iamq; in Golphatha constitent: cum eum exuunt, stratum in cruce extēdūt; affigunt Psalmo. *Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.* Cicero in Verrem, quod P. Gaium crucifixisset, ista. *Facinus, vincere ciuem Romanum, scelus, verberare, prope parricidium necare, quid dicam in cruce tollere, teterrimum crudelissimumq; supplicium.*

Figura. Age anima, contemplare hic æneum serpentem in deserto erectum, saluti læforum ab ignitis serpentibus Num. 21. 2. En filios Resphæ, 2. Reg. 21. Saulis concubina, ab Gabaonitis crucifixos. 3. En Absolomum; 2. Reg. 18. diuinæ iustitiæ rebellem, suæ humanitatis criminibus ex arbore pendentem, ac transfixum. 4. En Sponsum Cant. 3. in lectulo desiderato reclinatum. 5. En Dauidem, Psalm. 6. lacrymis suis stratum suum rigantem.

Atrepe anima, et si spectaculi indigna peccatrix: & age quidlibet: tibi huc expositus hæret. Ut egeris, sic recipies. Vin' maledicere, & amplius crucifigere, & ipsa maledicere, & c. Vin' compati: & conregnabis. Nam regnat à ligno Deus, & c.

Latrones inter me dicitur. IV. Inter latrones vero medius astat. Et hic te in ipso cognosce, tu latro tui ipsius; & saepe aliorum, quos ad peccandum inducis. *Si videras furem, currebas cum eo: & portionem tuam cum adulteris ponebas.*

Medius in Trinitate; in cœlis agnus medius; ut sol in orbe: in Thabor Eliam inter ac Moysem; hosq; inter & Apostolos medius, & c. iam inter latrones. Ut volueris, adora, plora, cōparere; corrige, lauda, plaude: hic vnum sunt omnia. Ecce illum, qui: Luc. 10. in latrones incidit. Age, quod agis: adiua, quantum poteste & ipsum. Vide faucium, seminecem, & c. *miserere vel anime tue.* Vos aut felices latrones, veltra si bona nostis: o pretium, quale vobis scelerat: similis est proximū Phocion, Dux Athen. innoxius fiebat nexus: capitalis idem criminis reum, plorantem suam sortem ita solabatur: *Non tibi satis est, Tūdippe, cum Phocione mori? q. d. mea & morientis innocentia; & mortis gloria, tuā fontis consolari debent, sic ut gloriari queas; te gloriosius mori nunquam potuisse.* Ita Ioseph, Gen. 41. concaptiuus suis erat solatio, & auxilio. Designatis quoq; Iudæam, Ethnicamq; gentem, olim ad Iesum accessuras, & ab eo salutem percepturas: nisi Iudæa se desperarit ipsam, obstinata.

Latronum felicitas, si velint.

P A R S XV.

De gestis reliquis dictis, ad Crucem.

Illusio crucifixi. I. **E**Rat autem titulus: I. N. R. I. & c. ut se maiestatis reum declararet. Inique: Falleris, ac fallis: vtrumq; sciēs: ac haud impune. Porro irrisus, blasphemias, & c. quis cōmemoret? *Vah, qui destruis. Salua te. Descende, si. & c. Alios saluos, & c. Si rex Isr. descendat. Pl. 25. Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt iabris, & mouerunt caput. Abfit, te descendisse. 1. Nec enim liberatiōne nostri consummasses. Quia expediebat vnum mori. 2. Nec in cruce perseuerandi exemplū habuissimus. 3. Adhæc similiter ad nos clamat mundus, caro, dæmon, descende de cruce: quid asperis te crucias? Ama delicias. 4. Quo meliore*

Est nostra salus & instructio.

Rrrrr 3. Spiritu

spiritu plenior fuit illa S. Martini vox: Non decet Christianum nisi in cruce, in cilicio, in cinere mori: his enim gradibus ad Christum ascenditur.

Deprecatio Iesu.

II. Sed quid ad istas hostium gannitiones Iesus? Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. O amor! Omnes vnū oppugnant homines: dolorib. totus discruciabatur: nil tamen queritur: sed pro malefactoribus orat. Ipse notat, quanta perderent bona: malaq; incurrerent. Errant autem omnes, qui operantur iniquitatem. Ista omnia vidit, audiuit, sensit, pertulit Alma

Compassio Mariae.

Virgo parens, ceteris cum mulierib. piis. Quis aestimet dolores animæ ipsius profundissimæ? 1. Quod si Tobia mater cap. 10. irremediabilibus lacrymis deiebat absentiam filii: quantis Ista sui tam diros inter cruciatus? 2. Audita sententia, 3. Reg. 3. de disseccando puello, verè matris commota sunt viscera: quid non Deiparæ? 3. Agar ancilla, Gen. 12. acerbe plorabat infantis Ismaelis instantem interitum; vt diceret non videbo morientem puerum. Quis Mariæ fuisse animus putandus est?

Mors Iesu.

III. Tres adeo iam horas in cruce penderat Iesus, cum ecce tenebra facta sunt

super vniuersam terram, felle & aceto potatur; exclamat: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite emisit spiritum. O triste funus? Dei filius mortuus est. 1. Quomodo cecidisti potens in prelio, qui saluum faciebas populum Dei? plangebat Iudæa cælo Iuda: 1. Mach. 9. 2. Et quis non plangat: cum natura lugeat tanta quanta? Sed nostra deplangamus crimina, cruci- que suffigamus.

O Crux aue spes vnica!

Tu nostra absorbes scelera; ceu Moy- sis virga serpentina serpentes cæteros. Exo. 7. Tulignum Moysis es. Exo. 15. q. amaras tribulationum aquas dulces efficis. Tu thronus Salomonis, 3. Reg. 10. leonibus suffultus. Tu Tabernaculum fœderis, Cherubicis coopertum alis. Tu ardens rubus in deserto Exod. 3. Tu clavis Dauid, 1. Reg. 17. quæ cælum referas, infernum obleras. Tu Virga Iacob peregrinantis. Pedum pastorale Goliathos sternens. Tu Scala Iacob, via angelorum. Te horrent daemones, honorant Angeli, adorant homines: Deus ad salutem omnium exaltat.

Apostropha ad Crucem adorandâ.

F I N I S.

NOVIS-